AESOPI PHRYGIS ET VITA ex maximo Planude desũpta, et fabellæ iucũdissime

quarum interpretes hi sunt.

¶ Guilelmus Goudanus. ¶ Hadrianus Barlandus. ¶ Erasmus Rotero. ¶ A. Gellius. ¶ Lauren. Val. ¶ Angelus Po. ¶ Petrus Crinitus. ¶ Joannes Antonius Campanus. ¶ Plinius secũ. Nouoco. ¶ Anianus. ¶ Guilel. Hermã. ¶ Nicolaus Gerbel. Phorcẽ. ¶ Lau. Abstemius. ¶ Rimicius.

Index omnes fabulas indicabit. Addite sũt his fabellis q̃dã iucũde ac honeste fabelle/ selecte ex oĩbꝰ facetijs Poggij florẽtini orato. eloquẽtissimi.

Διξι Σαπιωτιε Σορορ Μεα ες

CLARVIT ÆSOPVS NATIONE Græcus

añ dñi ac seruatoris nr̄i IHV incarnationem annos s̄ ꝯ

+ 638 A mundanæ creatione fabricæ Qui & hec sequẽtia greco sermone contexit fabula

Γνῶθι Σεαυτον. Δρς

Ες προνεωτιαν βωκας

ουι Αμικαν Μεαν

Optimus sene de viaticum eruditio
ferianti diabolus suos semper pretendit laqueos
Verinerbiũ sermo Verus
plautus
Tũ repertus philocratem qui supes verinbio

AESOPI VITA BREVISSIME.

ex Maximo Palude.

ESOPVS genus traxit ex Ammorio oppido Phrygiæ cognomento magne, sed fortuna fuit seruus. uerum seruitus non potuit animum eius liberum corrumpere. Fuit autem non solum seruus, sed & deformosissimus omnium suæ ætatis hominum. Nam acuto capite fuit pressis naribus, depresso collo, prominentibus labris, niger, unde & nomen adeptus, uentrosus, ualgus & incuruus: & quod erat omnium pessimum, tardiloquentia, cum obscura simul & inarticulata uoce, quæ omnia seruitutem ei parasse uideri possunt. Sed cum tali esset tamq; deformi corpore, ãio tamẽ fuit natura solertissimo, felicissimoq; ad omne cõmẽtum. Homo igitur tã deformis ad fodiendum agrum ab hero suo emittitur: quo digressus, alacriter operi incumbebat. Cumq; eius dño ficus agricola quidã dono dedisset, eas dominus seruo cuidam Agathopodi domũ ferendas cõmisit. Qui Agathopus consilium iniit cum seruo, ut ipsi ficus illatas deuorarent, causarenturq; postea Æsopum eas furto ablatas comedisse. Hero domũ redeunte, accusatur Æsopus, parantur flagra: procũbit ad heri pedes miser, dilationẽ petit: qua impetrata, aquam calidam affert, cuius partẽ ebibit, reliquam propinat conseruis, Æsopus præter aquã nihil euomit, serui unacum humore & ficus in terram eiiciunt. Nudi nebulones flagro misere conciduntur, laudato mirifice ingenio Æsopi. Cum

ſacerdotes Dianæ conueniſſent, Aeſopum rogaſſentq; uiam ut illis monſtraret, quæ in urbem ducebat. Is prius frugali cœna reſocillatos, in uiam dux ipſe ducit. Ob quam hoſpitalitatem ſacerdotes precibus orant Dianã, ut ipſa gratiã referat hoĩ tam bene de ipſis merito, Quo facto reuerſus Aeſopus, in ſomniũ lapſus, uiſum eſt fortunã aſtare ſibi, ſoluentẽ eius linguã, atq; fabularum largientem doctrinam. Quare mirifice lætatus Aeſopus expergiſcitur, beneficium hoc in hoſpitalitatis obſeruationẽ reĩcit. Non enim amplius loquendo tardus erat, ſed lingua ſoluta, expedite loquebatur. Quod cũ zenas quidã agri præfectus intellexiſſet, timens ne quando iniquitatis apud dñm ab Aeſopo accuſaretur, hoĩem præuenit, atq; grauiſſima accuſatione in odium domini induxit, adeo, ut eidem præfecto ab hero Aeſopus traderetur. Cumq; iam in poteſtate zenæ foret Aeſopus cõuenit zenã mercator quiſpiam rogans, num iumentũ aliquod uelit diuendere. Reſpondit zenas iumentõrũ ſe ptãtem nõ habere, uerũ Aeſopum monſtrat an hunc uelit, adeſſe quidẽ. Quẽ cũ uidiſſet mercator, unde hæc tibi olla inquit, an ne truncus eſt, uel hõ. Ni uocẽ emitteret. utrem inflatũ arbitrarer, atq; indignatus abĩt. Aeſopus ipſum ſequens, mane inquit. Ille uero cõuerſus, abi inqt ſurdiſſime canis. At Aeſopus ait, eme me mercator, nõ inutile tibi ſum futurus mancipium. Nam ſi tibi domi ſunt mali pueri & ſine otio flẽtes, his me præfice pædagogum, oĩno cis ero pro lanea. Ridens igitur mercator ad zenam dicit. Quãtiuas hoc malũ uẽdis? Ille tribus ait obolis. Mercator

tres obolos expenens, nihil emi (inqt) nihil expoſui. Mercator ille cũ Epheſi reliqua uẽdidiſſet mancipia, tria remanſerũt illi, grãmaticus, cantor, et Aeſopus. Quos cũ ille nequiret diuẽdere Samũ petijt: atq; ibi expoſitis his tribus, grãmatico & cãtore egregie ornatis, Aeſopo uero in medio ſordidiſſimo ſtante, uenit Philoſophus Xanthus, atq; hos tres probe cõtuens mercatoris cõmentum miratus eſt: Cur nam inter duos belliſſimos iuuenes tã ſordidũ ſtatuiſſet hamũcionẽ. Xanthus igitur pcontatur cãtorẽ cuias ſit, reſpõdit Cappadoxſũ. Quid ſciret. Reſpondit oĩa. quo dicto riſit Aeſopus. Quæſiuit et a grãmatico Xanthus cuias eſſet, dixit ſe Lydũ eẽ. Quid facere ſciret rogãte Xantho oĩa inqt grãmaticus, atq; iterum riſit. Deſcẽdente Xantho rogant diſcipuli ut Aeſopum emat: nã reliquos duos nimis magno pretio æſtimarat mercator. Veniens ad Aeſopum Xanthus rogat unde ſit, nigrũ ſe eſſe reſpondit. Ille uero nõ hoc uolebã ait, ſed unde natus ſis. Ait Aeſopus: Ex uẽtre matris meæ. Nõ hoc dico Xãthus (inqt) ſed in quo loco natus ſis. Aeſopus ait matrẽ nõ renuntiaſſe ſibi, an in ſublimi uel humili loco cũ genuerit. Xanthus q̃d facere ſciat percõtatur, & ille nihil. Quõ dicit Xanthus. Quoniam hi duo ſe oĩa profeſſi ſunt noſſe, mihi uero nihil reliquerunt Laudatus eſt multis modis. Aeſopus ab ſcholaſticis ob hoc reſpõſum; quoniã nullus ſit uſpiã inter mortales, cui cognita explorataq; ſint oĩa. Xanthus empturus Aeſopum dixit, Si emero te an nec es fugiturus? cui Aeſopus reſpõdit, hoc ſi facere uoluero haudquaq̃ te utar conſultore. Quæ cum

maxime placuissent Xantho, subintulit: Sed deformis es. Atq; ille respondit: O philosophe nō faciē, sed mentē oportet inspicere. Xanthus soluto ab scholasticis pretio. Aesopum accepit. Inter deambulandū igitur cū sol esset ardētissimus, Xanthus meicbat nihilominus, iter pagens. Id animaduertēs Aesopus, dixit se confestī fugiturū. Xantho cur nā id facere uellet exquirēte. Quoniā, inquit, si tu cū herus sis, naturæ non potes morem gerere, quid seruo mihi faciendum? Nā si ad ministerium aliquod mitterer, num interuolandū cacare deberē? Post hæc accidit Xanthū die quadā amicos ad cōuiuium inuitasse. Quibus rem gratā facturus Aesopo mādat ut lentē coquat, commode parata, & cocta Xanthus eam iubet afferri. Aesopus iussa exequitur. Xanthus lente accepta, probaturus an ne cocta foret satis, digitis eam attriuit, multas abhuc superesse putans, quas iubens. Aesopū afferre, præter aquā is nihil asportauit. Xantho grauiter indignante, cur non lentes apponeret mensæ Respondit se ueluti iussisset, non lētes sed lētem coxisse. Referūtur sentētiæ aliquot Aesopi elegantissimæ, hæ uidelicet: Deū ante oīa cole. Regem honora. Bene agentibus ne inuide. Linguæ continēs esto. Mulieri nunq̄ credas secreta. Ne pudeat te semper discere meliora. Fac quæ te mœstificant. Bonum esse non te pœnitcat. Aesopus cum apud Samios ageret, libertate donatus est, missusq; Crœso regi bellū cum Samijs agenti, id sua cū prudentia, tū urbanitate effecit, ut Samijs placatus rex reconciliaretur. Samij multis honoribus reducentem Aesopum exceperunt.

Qui discedens ex insula, orbem peragrauit, cui maximam familiaritatem fuisse memorant cum Lycero rege, a quo statua aurea Aesopo iussa erigi. Deinde peragrata Græcia Delphos peruenit. A quibus nullo affectus honore est, sed ab ipsis post salutaria præcepta rupe præceps deuolutus, mortuus est. Cuius mors graui pestilētia ulta, iniusti occisi Aesopi indicium Delphis exhibuit.

Ex Philostrati imaginibus.

FAbulæ se ad Aesopū, sua in eū beneuolentia, conferūt, qd̄ satagat sui. Fabula quippe & Homero, & Hesiodo nec nō et Archilocho in Lycābē curæ fuit, sed ab Aesopo humana oīa ad fabellas redacta sunt, sermone brutis nō temere impertito. Nam & cupiditatem tollit, & libidinem insectatur, & fraudem. Atq; hæc ei leo quispiam agit, & uulpes, & per Iouem equus, nec testudo muta. Ex quibus pueri discunt, quæ in uita gerantur. Habentur igitur in pretio fabulæ propter Aesopum. Accedunt ad ianuam docti huius, uittis eum deuincturæ, coronaq; oleagina coronaturæ, Hæc, ut puto fabulam aliquam texit: Risus enī facici, & oculi in terram defixi, id præ se ferūt. Pictorem, fabularum curas remissiore aīo indigere non latuit. Philosophatur aūt et fabularū corpora. Bruta enī cū hominibus conferens, cœtum circa Aesopum statuit, ex ilitus scena confictum. Chori dux uulpes depicta est, utitur enim ea Aesopus ministra argumētorū plurimū ceu dauo comœdia

MARTINVS DORPIVS IOANNI LEVPE,
Iacobo Papæ, & Ioanni Niniuitæ erudi-
tissimis in Flandria ludimagistris.

S. P. D.

EQuidem in ea sum, & fui semper sententia, uiri ornatiss. quam mutare nullus queam. Sed nec uelim ut impendio plus mutantibus literis consultum putem ab eruditis aliquot nr̃a memoria uiris, q̃ classicos autores castigate ediderũt, quã a q̃busdã gloriolæ aucupibus (nã alios taceo) q̃ cõmẽtariorũ litifundijs oĩa occuparunt. Ecq̃s enĩ nõ eo noĩe Aldum Romanum suspicit, amat, prædicat? hæc mecum identidem reputans ausus sum & ipse quiddam minus (pene dixerim) minimo, nẽpe fabellas Aesopicas rursus emittere, non carmine quidem illas subrustice conscriptas, sed prosa oratione nimis q̃ lepide concinnatas, utpote a Guilelmo Goudano, tanto uiro, ut eo Erasmo meo literatorũ quasi phœnice, serio sit laudatus. Eã opellã uobis ingeniosæ Flandrorum iuuentutis præceptoribus nuncupatim dedico, eo utiq; spectans ut scholasticoli uestri hoc leuigatorio, oẽm tenellarum linguarum stribiliginem prius abradant, quam ad Lilium nostrum uetus atq; adeo primum apud Louanienses politioris literaturæ domiciliũ profecti philosophiæ initiẽtur. Adiece paucula ex Gellio, Politiano, Petro Crinito, sed selecta. Quod si genio quopiam aspirãte leuis hæc alea fœliciter ceciderit, pluscu lũ aliq̃n audebo, & quædã meæ ipsius fœturæ, quæ interĩ Parturio pariam dialogos, carmina, prologos in actiones

Plautinas, complementum Aulularie, atq; id genus alia. Cur enim (quæso) non ausim? quonam absterrear? auxilio uidelicet fretus Thesci quondam uestri, nunc & mei Nicolai Buscoducensis uiri (quod uel tacente me ipsi probe nostis) exquisite docti, siue philosophicas familias requiratis, siue uenustioris dictionis lautitias & amici candidi synceri, humani, qui curam huius editiunculæ in se omnem deriuauit. In reliquis idem (quæ est hominis uigilantia) lubens obiturus. Rideri interim ab istis amusis sinistra Minerua natis, hoc uero mihi palmarium, quando sui similes, & omnes, & solos in cœlum ferre obstinauerunt. Valete. Louanij ex nominatissimo Lilianorum gymnasio ad. X. Cal. decembris.

INDEX FABVLARVM omnium quæ in hoc libello continentur, secundum ordinem alphabeti.

¶A

Abiete et duno 46
Accipitre columbā in sequente 75
Accipitribus inter se inimicis quos columbe. parauerant 112
Adolescente et cato 24
Adolescente ex cogitu infirmo & lupo 109
Adolescente i funere matris canente 97
Adolescente quodam et hirundines 157
Adolescentibus et coquo 122.143
Aegroto et medico 25.125.158
Aegyptio hospitato ad ydem 176
Agnus et lupo 24.147
Agricola et filijs 142
Agricola & canibus 29.120
Agricola & grubus 30 (141
Agricola & poeta 103
Agricola & pelargo 146
Agricola militiam et mercaturā affectante 95
Agricola seniente in filios 120
Alite & pullis cinc 47
Amicis parum fidendum 60
Amne situm fontem conuitijs lacescente 96
Anguilla conquerente quod magis quam serpens infestaretur 80
Anser 51. Anseribus 37
Anu & ancillis 56
Anu demonem accusante 86
Ape & Jone 157
Apro & asino 4
Apro & rustico 50
Aquila & cornicula 5
Aquila & cygno 21.81.110
Aquila & homine 136
Aquila & pica 83
Aquila & scarabeo 131
Aquila & Vulpe 129
Aquila filios cuniculi rapiente 145
Aranea & hirundine 95
Aranea & podagra 66
Arboribus pulchris et deformibus 178
Arcte cum tauro pugnam. 104
Arcione & delphinis 64
Arcubus humanis & Dī. 61
Arundine & olea 123
Asino 25.41.55
Asino egrotante & lupis Visitantibus 99
Asino & equo 26 36.160
Asino & Jone 159
Asino & lupo 125.60
Asino & senera 95
Asino & viatoribus 55
Asino vitulo 76
Asino laborum finem non inuenient 99
Asino qui hero ingrato seruierat 101
Asino/simia/& talpa 80
Asino tubicine/& lepore tabellario 111
Auaro & inuido 48
Aucupe 149
Aucupe & fringilla 88
Aucupe & mergula 126
Aucupe & palumbo 19
Aucupe & vipera 123
Aubus 34
Aubus & noctua 61
Aubus & quadrupedibus 17
Aubus plures reges eligere Volentibus 97
Aubus scarabeus timenti. 88
Auicule cassite, tuto 59
Auriga & rota currus fricante 107

¶B

Boue & iumento 52
Buccinatore 27

¶C

Alamo & oliua 144
Camelo 42

Caluo crines externos gerentē pro natiuis 128
Caneris matre et filio 41
Cane ad cenam vocato 136
Cane carnes porcine 152
Cane & asino 7
Cane & hero 87
Cane & lanio 24
Cane & lanione 134
Cane & leone 53
Cane & lupo 151
Cane & oue 24
Cane & umbra 2
Cane inuido & boue 31
Cane mordaci 42
Cane omes vsi sui occidē 104
Cane venatico 11
Canibus vrbanis hilaritē insequentibus 86
Cantilena rabellarijs placita 177
Cauponibus pinguibus & macro 77
Carbonario & fullone 26.117
Carbonario & istorie 137
Carduele & puero 90
Castorie 150 (te 124
Castorie virilia sibi amputam
Cato & gallo 231
Cata in feiam mutata 14
Cera duritiem appetente 95
Cerno 18
Cerno & bobus 20
Cerno & leone 146
Cerno & lupo 13
Cicada & formica 51
Cochlea petēte a Ioue vt suam domū secū ferre posset. 102
Columba & miluis 10
Columba & pica 76
Coriario emente pellē vrsi a venatore nondū capti 92
Cornice & oue 32
Cornice & vrna 48
Cornu egrotante 151
Corus & lupis 63
Corno & bulbo 150
Corno & vulpecula 5
Cuculo & accipitre 36
Cucurbita ad pinū tata 82
Culice cibum et hospitiū adapetente 112
Cygno in morte canente repiens & ciconia 78

CD

Ed eo qui vorem in flumine peremptum querebat 171
Derisio hois pueri occidere volentis 175
Diuite quodam & seruo 85
Duabus ollis 43
Duobus adolescentibus 25
Duobus am. & vrso 41.112
Duobus amicis & vrsa 143
Duobus gallis inter sese certantibus 155
Duobus inimicis 144

CE

Equite caluo 43
Equo & asino 16.118
Equo & cerno 22
Equo & leone 16
Equo inculto sed v. loci & ceteris cū irridentibus 108
Eremita & milite 91
Eremita virgine egro 84
Erinacio viperem hospitem eiciente 102

CF

Fabro & cane 148
Facerum hois dicētis asinū crudire promittens 156
Fele in fominā mutata 120
Filio cuiusdam senis & leone 118
Florentino qui equum emerat 176
Formica 34
Formica & cicada 39.168
Formica & columba 156
Fure et cane 10

CG

Gallina & vulpe 192
Gallis & pdi. 116. 135
Gallo & cato 30
Gallo gallinacco 1
Gallo & vulpe 170
Gliribus quercũ erucre volentibus 87
Graculo 14

Hero rustici malũ arb. ad se transferente 33
Hirundinibus 8
Hedo & lupo 12. 35
Homine canem mozso 143
Homine & ligneo deo 135
Homine quem canis momozderat 142
Homine qui in somnijs aurum reperiebat 174

Ioue 167
Ioue & corno 147
Ioue & simia 38
Iudeo non nullozũ sua in christiano facto 179
Iuuene senis curuitatem irridente 82

Lena & vulpe 154
Legato anrotubicines decipiente 81
Leone, asi. & vul. 153
Leone cuiusdam rustici filiam amante 153
Leone & alijs 35
Leone & capella 48
Leone & capza 37
Leone & homine 193
Leone & mure 7. 94
Leone & quibusdam alijs 2
Leone & rana 34. 152
Leone & tauro 40. 153
Leone & venatore 49
Leone & vulpecula 21
Leone porcum sibi in socium eligente 111
Leone sene 152
Leone senio confecto 6
Lepore calliditatem & vulpe celeritatem a Ioue petentibus 108
Lepore & testudine 164
Lepore s. se vulpi preferente ob pedũ velocitatem 102
Leporibus & canis 12. 159
Lignatore quodam 158
Lupus & agnis 19
Lupo & agno 1. 154
Lupo & cane 27
Lupo & capite pleno 14
Lupo & grue 3. 254
Lupo & sucula 11
Lupo & vulpe 17
Lupo ouis pelle induto qui gregem deuorabat 103
Lupo pisce signũ/maris regnũ affectante 101
Lupo suadente histrici vt tela deponeret 6 71
Luscinia cantum accipitri pro vita pollicente 110

Medico quodam 149
Medico qui insanos curabat 179
Mẽbris & bẽ. 19. 63
Milite & equo 89
Milite qui vxorem habuit litigiosam 172
Miluo egroto 8
Mula quadam 148
Muliere amatozis discessum flente 79
Muliere et gallina 121. 142. 161
Muliere & medico 141
Muliere ignem in mariti domũ ferente 113
Muliere que pro viro mozi se velle dicebat 97
Muliere virum mozientem flente 79
Muliere obstinata que virum pediculosum vocauit 170
Mulo & equo 91
Mure in cista nato 74

Mure liberante minuũ 101
Mure qui cum fele amicitiam contrahere volebat. 100.
Mure vrbano & rustico 4
Muribus & cato 145
Musca 157
Muribus & ranis 2
Musca & formica 15
Musca quadrigis insidens que puluerẽ se excitasse diceb. 79
Mustela senicula et muri. 32

¶ N

Nautis sãctorũ auxilium implorantibus 80
Nuci/asino/et mulieri prosũt verbera 99
Nutrice & lupo. 40

¶ O

Oue pastori conuiciante. 106
Opilione & agrico. 31

¶ P

Pardo & vulpecula 53
Partu montiũ 11
Partu terre 63
Pastore artem nauticam exercẽte 127
Pastore & Mari. 165
Patre & filijs 25
Patre filium ad virtutes frustra hortante 104
Pauone et grue 54
Pauone et luscinia 32
Philomela et accipiter 131
Pigricia adolescentis 169
Piscatore 138
Piscatore et pisciculo. 39.47
Piscatore et smaride pisciculo 133
Piscatore quodam 138
Piscatoribus quibusdam 56
Piscibus 53 138.139
Piscibus e sartagine in prunas desilientibus. 81
Porco et equo 92
Pretore repetundarum damnato 112
Puero & fortuna 145
Puero & fure 49
Puero & matre 127
Puero & scorpione 163
Puero oues pascente 150
Puero quodam fure. 164
Pulice 167
Pulice & homine 198
Punica & malo arbo. 166

¶ Q

Quadrupedibus societatẽ aduersus aues cũ piscibus ineũ. 81
Quercu & arundine 38.45

¶ R

Rana & boue 15
Rana et vulpe 42.161
Ranis et earũ rege 9
Ranis regẽ petẽtibus 140
Rege et simiis 55
Ridẽda de paucitate amicorum dei responsio 178
Rustico amnẽ transituro 75
Rustico et angui 13
Rustico et colubro 3
Rustico et equo 26
Rustico et fortuna 44
Rustico et Hercule 51
Rustico et iuuenco 49
Rustico et mure 83
Rustico impetrãte vt triticum absq; aristis nasceretur 75
Rustico p vocẽ hedi ad iuriscon sultum admisso. 109

¶ S

Sacerdote et piris 91
Sacerdote qui caniculum sepeliuit 172
Sacerdote (Epiphania an vir esset vel foemina (ignorante 177
Salice et securi 164
Sancti antonii fratre & laico ac vulpe 178
Satyro & rustico 58
Satyro et viatore 50
Scarabeo et aquila 57

Senera & episcopo 90
Sene iuuenē poma sibi surripientem satis deijciente 110
Sene mortē differre volente 113
Sene mortem vocante 141
Seue ob impotentiā libidinem carnis relinquente 103
Sene qui asinū portauit super se 173
Sene puellam in vxorem accipiente 82
Serpente & agricola 101
Simia 167
Simia et duobus eius natis. 52
Simia & eius prole 44
Simia & vulpe 145
Simia & vulpecula 20
Simijs & pardale 57
Sole & aquilone 41
Sue & cane 89
Sylua & rustico 19

T

Talpa & matre 166
Tauro & capro 44
Tauro & muro 50
Tauris & leone 49
Testudine & aquila 40
Testudine & ranis 86
Tigride & vulpe 46
Trabe boum pigritiam increpente 90
Trabe & bobus eam trahentibus 78
Tubicine 148
Turdo amicitiam cum hirundine ineunte 83
Thynno et delphino 124.149

V

Vate quodam 125.155
venatore & pdice 163
Vespis/ perdicibus & agricola 166
Viatore 162
Viatore et pera inuenta 126
Vidua & asino viridi 105
Vidua virum petente 85
Vipera & lima 28
Viro agricola 149
Viro amicos experiri volente 107
Viro Apollinem tentante 117
Viro auaro sacculum nummorū alloquente 113
Viro clysteria recusante 98
Viro & satyro 119
Viro & vxore bigamis 93
Viro & vxoribus 168
Viro iactabundo 117
Viro inope & infirmo 139
Viro maligno & demō. 96
Viro Cardinali nuper creato gratulaturo 82
Viro selotipo q̄ vxorem dederat custodiendam 98
Vitula & boue 144
Vitulo & cerua 156
Vlmo & silere 94
Vpupa idigne honorata 91
Vrso & apibus 88
Vulpecula & ciconia 13
Vulpecula & mustela 24
Vulpecula & pardale 54
Vulpe carmen leporis cani laudente 107
Vulpe & aquila 29
Vulpe & fele 54
Vulpe esuriente 137
Vulpe & capite reperto 117
Vulpe & capro 115
Vulpe & crocodilo 234
Vulpe & larua 135
Vulpe & leone 29.116.132
Vulpe & mulieribus gallinam edentibus 77
Vulpe & pardo 119.139
Vulpe & rubo 134
Vulpe & trago 132
Vulpe & venatoribus 134
Vulpe quadam 161
Vulpe sine cauda 233
Vulpe a rustico in palea abscondita 175
Vulture alijsq; auibus 37



De gallo gallinaceo.

Gallus Gallinaceus dum uertit ſtercorarium, offendit gemmam. Quid inquiēs, tē ſic nitidā reperio? Si gēmarius reperiſſet, nihil eſſet eo lætius, ut qui pretium ſciret. Mihi quidē nulli eſt uſui, nec magni æſtimo, imo equidē omnibus gēmis granū hordei malim.

MORALE.

Per gēmā artē, ſapiētiāq;, intellige, per gallū hominem ſtolidū & uoluptariū. Nec ſtolidi artes liberales amāt, eū uſū carū neſciāt, nec uoluptarius, quippe cui una placeat uoluptas.

De lupo & agno.

LVpus ad caput fontis bibens, uidit agnum procul infra bibentem. Accurrit, agnum increpat, quod turbarit fōtem. Trepidare agnus, ſupplicare, ut parcat innocenti inquies: Se, quando longe infra biberit, potum lupi ne potuiſſe quidem turbare, nedum uoluiſſe. Lupus contra intonat, nihil agis ſacrilegē, ſemper obes. Pater, Mater, omne tuum inuiſum genus, ſedulo mihi aduerſatur. Tu mihi dabis hodie pœnas.

MORALE.

Vetus dictū eſt, ut canē cædas, facile inueniri baculum. Potēs ſi libet nocere, facile capit noccēdi cauſā. Satis pecca uit, qui reſiſtere nō potuit.

De Muribus & Ranis.

BEllum gerebat mus cum rana, de paludis certabatur imperio. Pugna erat uehemens, & anceps. Mus callidus ſub herbis latitans, ex inſidijs, Ranam adori,

tur. Rana uiribus melior, pectore & ĩsultu ualẽs, aperto marte hostẽ lacessit. Hasta utriq; erat iũcea. quo certamine peril uiso miluus approperat, dũq; præ studio pugnæ neu ter sibi cauet, utriũq; bellatorẽ miluus rapit, ac laniat.

MORALE.

Itidem euenire solet factiosis ciuibus, qui accensi libidi ne dominandi, dum inter se certant fieri magistratus, opes suas, plerumq; etiam uitam in periculo ponunt.

De Cane & Vmbra.

CAnis tranans fluuium, rictu uehebat carnem. Splendẽ te sole, ita ut fit, umbra carnis lucebat in aquis. Quã ille uisam auide captans, quod in faucibus erat, perdidit. Itaq; tum rei tum spei iactura perculsus, primũ stupit, de inde animum recipiens, sic clatrauit. Miser, decerat cupidi tati tuæ modus. Satis superq; erat, ni desipuisses. Iam per tuam stultitiam minus nihilo tibi est.

MORALE.

Monemur hac fabella modestiæ, monemur prudẽtiæ, ut & cupiditati sit modus, ne certa p̃ incertis amittamus. Astute certe Terẽtianus ille Sanso/Ego inquit spẽ pretio nõ emã

De Leone & quibusdam aliis.

CVM oue quibusdam aliis pepigerat, Leo uenationem esse cõmunẽ. Itur uenatum, capitur cervus partiũtur singulas singulis partes, tollere ut conuenerat incipienti bus, Leo irrugijt. Vna inquiens pars mea est, quia sum dig nissimus. Alteram item mea est, quia uiribus præstantissimus

Porro quia ĩ capiũdo ceruo plus sudauerĩ, uẽdico tertiã. Quartã deniq; partẽ nĩ cõcesseritis, actum est de amicitia. Socij hoc audito, discedũt uacui, & taciti, non ausi mutire contra Leonem. MORALE.

Rara semper fuit fides, apud hoc seculũ rarior ẽ apud potẽtes, & est, & fuit semper rarissima. Quocirca satius est, uiuas cũ pari. Qui enĩ cũ potẽtiori uiuit, necesse habet sæpe de suo iure cõcedere. Cũ æquali, æquale tibi ius erit.

De lupo & Grue.

LVpo uoranti ouem, forte ossa hæsere in gula. Ambit, orat opem, opitulatur nemo. Omnes dictitant tulisse eum prætium uoracitatis. Tandem blanditijs multis, pluribusq; promissis gruem inducit, ut collo longissimo in gulã inserto, os infixum eximeret. Petenti autem præmium illu sit, inepta inquit abi. Non sat habes quod uiuis, uitã debes mihi. Si libuisset, licuit premordere collũ tuũ. MORALE

Tritum est. Perire quod facis ingrato.

De Rustico & Colubro.

RVsticus repertum in niue colubrũ frigore prope enectum, domum tulit, abiecit ad focum. Coluber ab igni uim, uirusq; recipiens, deinde flammum non ferens, omne tugurium sibilando infecit. Accurrit rusticus, correpta fude, uerbis, uerberibusq; cum eo iniuriam expostulat. Num hanc referat gratiam, num uitam erepturus sit illi, qui uitam ipsi dederit, MORALE.

Fit interdum ut obsint tibi, quibus tu prosueris, et male de te mereantur ij, de quibus tu bene sis meritus.

De Apro & Asino.

DVm iners asinus irrideret aprum, ille indignans frendebat: Malum quidem ignauissime fueras meritus, sed etiam si tu pœna fueras dignus, tamen ego indignus, qui a te pœnas sumam. Irride tutus, impune tibi licet, tutus enim es ob inertiam. MORALE.

Demus operã, ut cũ indigna nobis audimus, aut patimur, ne indigna nobis dicamus aut faciamus. Mali enim & pditi plerũq; gaudẽt, si quis piã bonorũ eis resistat. Magni pẽdũt haberi se dignos ultione. Imitemur equos, & magnas bestias, qui oblatrãtes canículos cũ cõtẽptu præteriũt.

De Mure urbano & Mure rustico.

IIbitũ est urbano Muri deãbulare rus. Vidit hũc Mus rusticus, ĩuitat, apparaturitur, cœnatũ. Depmit rusticus quicquid posuerat ĩ hyemẽ, et exhauric oẽ penu, ut tãti hospitis expleat lauticiã. Vrbanus tamẽ frõtẽ corrugãs, ruris dãnat inopiã, urbis subinde laudat copiã. Remeãs ducit secũ in urbẽ rusticũ, ut quæ uerbis iactitarat, re cõpbaret. Incĩt cõuiuiũ, quod urbanus splendide cõparat. Intercpulãdũ auditur in sera murmur clauis trepidare illi & fugitare fugitãdo. Rusticus & ĩsuetus, & loci ignarus, ægre se tucri. Discedẽte famulo redit urbanus ad mẽsã, uocat rusticũ, ille uix tãdẽ metu deposito prepit. Inuitãtem ad pocula urbanum perquestatur, num hoc periculum cre

brũ sit? Respõdet ille quotidianũ esse, oportere cõtẽni. Tũ rusticus. Quotidianũ inquit? Mehercule istæ dapes plus fellis quã mellis sapiũt. Equidẽ malo cũ securitate meã inopiã, quã cũ tali anxietatẽ istã copiã. ❧ MORALE

❧ Diuitie præ se ferunt quidem uoluptatem, sed si introspicias, habent pericula, & amaritudinem. Eutrapeles quidam fuit, qui cum inimicis suis quam maxime nocere uellet diuites eos faciebat, dictitans ita se eos ulcisci, quippe accepturos cum diuitijs ingentem sarcinam curarum.

❧ De aquila & Cornicula.

AQuila nacta cocleã, nõ ui aut arte quiuit eruere piscẽ. Accedẽs Cornicula dat cõsiliũ. Suadet subuolare & ẽ sublimi cocleã in saxa præcipitare. Sic enĩ fore, ut cõcha frãgatur. Humi manet cornicula. ut præstoletur casum præcipitat aquila, frãgitur testa, subripitur piscis a cornicula, dolet elusa aquila. ❧ MORALE.

❧ Noli quibusuis habere fidem, & consilium quod ab aliis acceperis fac inspicias. Multi enim consulti, non suis cõsultoribus, sed sibi consulunt.

❧ De Coruo & Vulpecula.

PRædam nactus strepitat in ramis coruus. Videt uulpecula gestientem, accurrit. Coruum inquit plurima salute impertit uulpes. Sepenumero audieram famam esse mendacem, iam re ipsa experior. Nam ut hac forte iam præterco, suspiciens te in arbore, aduolo culpans famam. Fama enim est, te nigriorem pice esse, & uideo candidiorem

niue. Meo sane iudicio cygnos uincis, & hedera formosior alba es, quod si ut plumis, ita & uoce excellis, oim auiũ equidẽ te dixerim reginã. Hac assẽtatiuncula illectus coruus, ad canẽdũ apparat: uero e rostro excidit cascus, quo correpto, uulpecula cachinnũ tollit. Tũ demũ miserũ corui pudet, pigetq; sui. Et iactura rei mixta pudore dolet.

MORALE.

Nonulli sic auidi laudis sũt, ut cũ suo probo & dãno amẽt assẽtatorẽ. Eiusmodi homũtiones prædę sũt parasitis. Quod si uitaueris iactãtiã, facile assentatorũ pestiferũ genus uitaueris. Si tu uoles esse Thraso, nusquã deerit Gnato.

De Leone senectute confecto.

LEO qui in iuuentute complures sua ferocitate fecerat inimicos, In senectute exoluit pœnas. Reddũt talionem bestiæ. Dẽte aper, cornu petit Taurus, ĩ primis asellus, ue tus ignauiæ nomẽ cupiẽs abolere, uerbis, & calcibus strenue ĩsultat. Tũ gemebũdus Leo, hi quibus olim nocui, iã uicissi nocẽt, & merito. Sed hi quibus aliq̃ pfui, iã uicissim nõ prosũt, ĩmo etiã immerito obsũt. Stultus fui, qui multos feceri ĩimicos stultior, quia falsis amicis cõfisus fuerim.

MORALE.

In secũdis rebus non efferaris, non sis ferox. Nam si uultũ mutarit fortuna, ulciscẽtur quos lesisti: Et inter amicos sic habeas discrimen. Sunt enim quidam amici non tui, sed mẽsæ tuæ, sed fortunæ tuæ. Quæ quidẽ fortuna simul ac mutata erit, & illi mutabũtur. Et bene tecũ actũ erit, si nõ

ſimici fuerīt, Merito queritur. Quidius: En ego nō paucis quōdam munitus amicis. Dū flauit uelis aura ſecūda meis. Vt fera nymboſo tumuerūt æquora uēto, In mediis lacera puppe relinquor aquis.

De Cane & Aſino

DVm blādirctur Canis hero & familiæ, herus & familia canē demulcēt. Aſellus id uidēs altius gemit, cœpit eū pigere ſuæ ſortis, inique putat cōparatū, Canē gratū eſſe cūctis, paſciq; de mēſa herili, idq; ocio ludoq; conſequi. Seſe cōtra portare clitellas, cædi flagello, nūquā ocioſum eſſe, & cūctis tamē odioſum. Si hæc fiāt blanditiis, cā artem, quæ tam utilis ſit, ſtatuit ſectari. Igitur quodā tēpore redeūti domū hero, rē tētaturus, ꝓcurrit obuiā, ſubſilit pulſat ungulis, exclamāte hero, accurrere ſerui, et ineptus aſellus, qui ſe urbanum credidit, fuſte uapulat.

MORALE.

Non omnia poſſumus omnes (ut ait uirgilius in bucolicis) een omnes omni decent. Id quiſq; uelit, id tentet, quod poßit. Non ſimus id, quod græce ſignificantius dicitur, ὄνως λύρας, id eſt, aſinus lyrarum uellyre. Sic autem Boctius. Aſinus ad lyram poſitus. Repugnante natura irritus eſt labor. Tu nihil inuita facies, dices ne Minerua, Teſte Horatio. In arte poetica

De Leone & Mure.

LEo æſtū, curſuq; defeſſus, ſub umbra fronde ſuper uiridi quieſcebat. Murum autem grege tergunt eius percurrente, experrectus, unum ē multis comprehendit. Supplicat captiuus indignum ſe eſſe cui leo iraſcitur clami-

tat. Reputās ille in nece tantillæ bestiolæ nihil esse laudis, captiuū dimittit. Nec uero ita multo post leo forte dū per saltū currit, incidit in plagas. Rugire licet, exire nō licet Rugiētē miserabiliter leonē, mus audit, uocē agnoscit, repit in cuniculos, laqueorū quærit nodos, quæsitos inuenit inuētos corrodit, leo eplagis euadit. MORALE.

Hæc fabella suadet potentibus clementiam. Etenim ut sunt res humanæ instabiles, egent interdum ipsi potentes ope humillimorum. Quare uir prudens, & si potest timebit uel ulli hominum nocere. Qui autem nō timet nocere alteri, ualde desipit. Quid ita? Quia et si iā potentia fretus neminem me tuis, forsan olim erit ut metuas. Constat enim euenisse claris, magnisq; regibus, ut uilium homuntionum uel gratia indiguerunt, uel iram metuerint.

De Miluo egroto.

IEcto decumbebat Miluus, iam ferme moriens, matrem orat, precatū ire deos. mater respondet, nil odis illi sperandum adijs, quorum sacra & aras suis rapinis toties uiolasset. MORALE.

Decet uenerari superos. Illi enim pios iuuant, impios auersātur. In fœlicitate neglecti, in miseria nō exaudient. Quare in secūdis rebus sis eorū memor, ut in aduersis rebus præsētes sint uocati. De Hirūdinibus.

CVm primum cœptū est seri linū, hirundo suadet auiculis impedire sementem, dictitans, sibi fieri insidias. Irrident illæ, stultā uatē hirūdinem uocāt. Surgente iā lino

& ulrescente, rursus monet euellere sata. Iterun irridet Matureſcit linū, hortatur populari segetē. Cū ne tūc quidem consulentē audirēt, hirundo quiū cœtu relicto, boīs sibi consiliat amicitiā. Iuit cū eo fœdus, cohabitat, cantu demulcet. Cæteris auibus ē lino fiūt retia, & laquei. Morale Multi nec ipsi cōsulere sibi norūt, nec recte cōsulētē audiūt. Sed cū in Periculis sūt & dānis, tū demum sapere incipiūt, & suā dānare secordiā. Tū sat superq; cōsiliū est, hoc inquiūt, & illud factū oportuit. Sed præstat esse pmetheū, q̄ Epimetheū. Fuere hi fratres, noīa sūt greca. Alteri cōsiliū ante rē fuit, alteri post rē. Quod declarat interpretatio noīm. De Ranis & earū Rege.

GEns Ranarū cū esset libera, Ioui supplicabat dari regē Ridere Iuppiter uota ranarū, ille tamē iterū atq; iterū instare, donec ipsū ppellerēt. Deiicit ille trabē, ea moles ingēti fragore quassat fluuiū. Territæ silēt ranæ, regē uenerātur. Accedūt pedetētim ppius. Tādē abiecto metu, insultāt, & desultāt. Iners rex lusui est, & cōtēptui. Laccessūt rursū Iouē, orāt regē dari, qui strenuus sit. Dat Iuppiter ciconiā. Is præstrenue pambulās paludā quicquid ranarū obuiā fit, uorat. De huius igitur sæuitia ranæ frustra questæ sūt. Iuppiter nō audit, nā et hodie adhuc querūtur Vesperi enim ciconia cubitū eunte, ex antris egressæ rauco ululatu murmurāt, sed surdo canūt. Vult enim Iuppiter, ut quæ regē clemētē sint deprecatæ, iā ferāt iclemētē.

MORALE.

Perinde atq; ranis euenire solet plebi, quæ si regẽ paulo mansuetiorem habet, ignauiam, inertem esse causatur, optat aliquando contingere sibi uirum. Contra si quando nacta est regẽ strenuum, huius sæuitiã dãnat, prioris laudat clemẽtiã. Siue q; semper præsentium nos pœnitet, siue quod uerum est uerbum. Noua ueteribus non esse potiora.

De Columba & Miluis.

COlumbe olim bellũ gessere cũ miluo, quẽ ut expugnarẽt, delegerũt regẽ accipitrẽ. Ille rex factus, hostem agit nõ regẽ. Nõ segnius ac miluus, rapit ac laniat. Pœnitet colũbas incœpti, satius fuisse putãtes, pati bella milui, quã tyrãnidẽ accipere. MORALE.

Neminẽ suæ sortis nimiũ pigeat. Nihil est (teste Flacco ab oĩ parte beatũ. Equidẽ meã sortẽ modo tolerabilis sit mutari nõ optẽ. Multi noua sorte quæsita, ueterẽ rursus optarũt. Ita hoc plerisq; ingenio sumus oẽs ut nosmet nostri sẽper pœniteat.

De Fure & Cane.

FVri aliquando panem (ut silebat) porrigenti, respondit Canis. Insidias tuas noui, panem das, quo desinã latrare. Sed ego tuum munus odi. Quippe si ego tulero panem tu ex his tectis cuncta asportabis.

MORALE.

Cauc parui commodi causa amittas magnum, cauc quauis homini fidem habeas. Sunt enim qui dolo non tantum benigni dicunt, sed & benigne faciunt.

De Lupa & Sucula.

PArturiebat Sucula, pollicetur Lupus se custodem fore fœtus. Respondit puerpera, lupi obsequio se non egere. Si uelit pius haberi, si cupiat gratum facere, lõgius abeat. Lupi enim officium constare non præsentia, sed absẽtia

MORALE.

Nõ sũt cũcta credẽda cũctis. Multi suã operã pollicẽtur, nõ tui amore, sed sui, suũ quærẽtes cõmodum, nõ tuũ.

De partu montium.

OLim rumor erat parturire montes, homines accurrunt, circumsistunt, monstri quippiam non sine pauore expectantes. Pariunt tandem montes, exit mus. Tũ omnes risu emori.

MORALE.

Hãc fabellã tãgit Horatius. Parturiũt montes (inquit) nascetur ridiculus mus. Notat aũt iactãtiã. Iactabũdi enim cũ magna pfitẽtur, & ostẽtãt, uix parua faciũt. Quapp. ter Thrasones illi iure sũt materia ioci et scõmatum. Vetat itẽ hæc fabella inanes timores. Plerũq; enim grauior periculo, est periculi metus: imo ridiculũ est quod metuimus.

De Cane uenatico.

CAnem uenaticũ, qui iã senuerat instigat herus, frustra hortatur, tardi sunt pedes, non properat. Prehenderat feram, fera edentulo elabitur. Increpat herus uerbere & uerbo. Canis respondet, debere sibi iure ignosci: iã senuisse, at iuuenem fuisse strennuum. Sed ut uideo inquit, nil placet sine fructu. Iuuenem amasti, senem odidisti. Amasti prædabundũ, odisti tardum edentulum. Sed si gra-

tus esses, quem olim iuuenē frugis causa dilexisti, senē fructuosc iuuentutis gratia diligeres. MORALE.

☞ Recte canis. Nam teste Nasone: Nil nisi quod prodest charū est, en detrahe mēti. Spē fructus adde: nemo patendus erit. Preteriti cōmodi nulla est memoria, futuri aūt grā nō magna, præsētis cōmodi sūma. Turpe quidē dictu, sed si modo uera fatemur. Vulgus amicitias utilitate probat.

☞ De Leporibus & Ranis.

Sylua insolito mugiente turbine, trepidi lepores rapide occipiunt fugere. Fugientes, cū obsisteret palus, stetere anxij, utrinq; comprehensi periculis. Quodq; maioris esset incitamentum timoris, uident in palude mergi ranas. Tum ex leporibus unus prudentior ceteris, ac disertior. Quid inquit inaniter timemus? Aīo opus est. Corporū quidē agilitas nobis est, sed animus deest. Hoc periculū turbinis non fugiendum, sed est contemnēdū. MORALE.

☞ Omni in re opus est. Iacet uirtus sine confidentia. Cōfidentia enim dux, & regina uirtutis est.

☞ De hœdo & Lupo.

Capra cū esset pastū itura, Hœdū domi cōcludit, mones aperiri nemeni, dū redeat ipsa. Lupus q id pcul audierat, post matris discessū pulsat fores, uoce caprisat, iubēs recludi. Hœdus dolos psētiēs, nō aperio īquit. Nā et si uox caprisat, tamē eqdē p rimulas lupū uideo. Morale.

☞ Obedire parenti filios (ipsis est utile) & iuuenem seni decet auscultare.

De Ceruo & Lupo.

CErnus coram Lupo ouem ream facit, modium tritici debere clamitans. Ouis debiti quidem erat inscia, tñ ob lupi præsentiã spondet se daturam. Dicitur solutioni dies. Dies adest, monet Ceruus ouẽ. Illa ait inficias. quod enim promiserit, excusat factũ id metu, & præsentia lupi Votũ extortũ non esse seruãdũ. MORALE.

Sententia turis est: Vim ui repellere licet. Ex hac fabella noua quædã nascitur: Fraudẽ fraude refellere licet.

De Rustico & Angue.

RVsticus quidã nutricrat Anguẽ. Iratus aliqñ, bestiã petit securi. Euadit illa nõ sine uulnere. Postea rusticus deuenies ad paupertatẽ, ratus est id infortunij ꝓpter anguis iniuriã sibi accidere, igitur supplicat angui ut redeat. Ille ait ignoscere se, sed redire nolle. Neq; cũ fore securũ, cũ rustico tãta sit domi securis. Liuorẽ uulneris desisse, superesse tamẽ memoriã. MORALE.

Ei, qui semel fidẽ soluit, iterũ habere fidẽ uix, est tutũ Iniuriã quidẽ donare, id sane misericordiæ est, cauere aũt sibi & decet & prudẽtiæ ẽ. De uulpecula & Ciconia.

VVlpecula uocarat Ciconiam ad cœnam. Obsonium immensam effundit, quod cum liquidum esset, ciconia frustra rostro tentante, uulpecula lingit. Abit elusa auis, pudetq; pigetq; iniuriæ. Post plusculum dictum rẽdit, inuitat uulpeculam. Vitreum uas situm erat plenum belli obsonij. Quod quidem uas cum esset arcti gutturis,

uulpeculæ obsonium licuit uidere & esurire, gustare non licuit. Ciconia rostro facile exhausit.

MORALE.

Risus risū, iocus iocū, dolus dolū, fraus meretur fraudem.

De Lupo, & capite picto.

LVpus in officinæ sculptoris caput humanum repertum uersat, miratur sentiens (id quod erat) nihil habere sensus. O pulchrum inquit caput, est in te artis multū, sed sensus nihil.

MORALE.

Externa pulchritudo, si adsit, grata est, sin alterutra carendum est, præstat externa quam interna carcas. Illa cui sine hac interdum incurrit odium, ut stolidus eo sit odiosior, quo formosior.

De Graculo.

GRaculus ornauit se plumis Pauonis. Deinde pulchellus sibi uisus, fastidito genere suo, cōtulit se ad pauonū genus. Ille tandē intellecta fraude stolidā auem coloribus nudarūt, & plagis affecerūt. Horatius hāc fabellā primo epistolarū libro narrat de cornicula. Ait eā olim adornatā collectis quæ auibus exciderāt plumis, post ubi unaquæq; auiū suā plumā decerpsit ridiculam fuisse.

Epta tertia ad iuliū florum

Ne si forte suas repetitum uenerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum,
Furtiuis nudata coloribus.

Aet. Iulii Flori

MORALE.

Notat hec figura eos q se gerūt æquo sublimius, q eū his uiuūt, q & ditiores sunt, & magis nobiles. Quare se-

pe inopes fiunt, & sunt ludibrio. Probe Iuuenalis monet. E cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν hoc est, nosce teipsum.

De Musca & formica.

MVsca altercabatur cũ Formica se nobilẽ, illã ignobilem, se uolitare, illã repere, se uersari in tectis regũ, illã caucrnis latere, segetẽ rodere, aquã bibere, se splẽdide epulari iactitabat, & hæc tamẽ otio nãciſci. E regione formica se nõ ignobilẽ esse, sed suis natalibus contentam. Muscã uagã esse, se stabilẽ, sapere formicæ grana & fluẽta quod muscæ pastilli & uina. Atq; hæc si non segni otio, at strenua opera nãciſci. Porro formicã lætã esse & tutã, charã oĩbus, exẽplar diniq; laboris. Muscã anxiã cum periculo esse, cunctis infestã, cunctis inuisã, exẽplar deniq; segnitiei. Formicã hyemis memorẽ, alimẽta reponere, muscã in diem uiuere, hyeme aut esurituram, aut certe morituram.

MORALE. Qui pergit quæ uult dicere, quæ nõ uult audiet. Musca si bene dixisset, bene audisset. Assẽtior autem formicæ. Videtur enim optabilior uita obscura cum securitate, quam cum periculo splendida.

De Rana & boue.

RAna cupida æquãdi Bouẽ, sedistẽtabat. Filius hortabatur, matrẽ cœpto desistere. Nihil eni esse Ranã ad Bouẽ. Illa secũdũ itumuit, clamitat natus. Crepes iucet mater bouẽ nũquã uinces. Tertiũ aũt cũ intumuisset, crepuit.

MORALE.

Cuiq; sua dos est. Hic forma, ille uiribus, hic opibus, il-

le pollet amicis. Vnūquēq; suo decet esse cōtentū, ualet ille corpore, tu ingenio. Quocirca quisq; semet consulat, nec iuideat superiori, quod miserū est, nec (quod stultitiæ est) certare optet.

De Equo & Leone.

VEnit ad equum comedendum leo. Carens autē præsenecta uiribus, medetari cœpit artem, medicum se profitetur, uerborū ambage equum moratur. Hic dolo dolum, artem opponit arti. Fingit se nuper in loco spinoso pupugisse pedem, orat ut inspiciens sentem medicus educat. Paret leo, at equus quanta potuit ui, calcem leoni impingit, & se continuo conijcit in pedes. Leo uix tandem ad se rediens, ictu enim prope exanimatus fuerat. Pretiū inquit fero ob stultitiam, & is iure effugit. Dolum enim dolo ultus est.

MORALE.

Odio digna est simulatio & simulatione capiēda. Non est timēdus hostis, qui hostē præ se fert, sed qui cū hostis, sit, benecuolētiā simulat, is demū timēdus, & odio dignissimus.

De Equo & Asino.

EQuus phaleris sellaq; exornatus, cum ingenti hinnitu per uiam curr ebat. Currenti autem onustus asellus forte obstabat. Equus ira fremebūdus & frena ferox spumantia mandens: quid inquit tarde, ignaue, obsistis equo? Cede in qua, aut proculco te pedibus. Asellus contra rudere nō ausus, cedit tacitus. Equo aūt prouolāti, & cursum intēdēti, crepat inguē. Tū cursui & ostētui inutilis, ornamētis spoliatur, demq; arrario uēditur. uidet postea cū carro

uenientẽ asellus, & affatur. Heus bone uir, qd istuc ornamenti ẽ? Vbi aurata sella? bullata cingula? ubi nitidũ frenũ? Sic amice necesse fuit euenire superbiẽti. MORALE.

Plerique in secundis rebus elati sunt, nec sui memores, nec modestiæ. Sed quia prosperitate insolescunt, aduersitatem incurrunt. Eos qui fœlices uidentur, monuerim esse cautos. Etenim si rota fortunæ circumacta fuerit, sentient miserrimum genus infortunij esse, fuisse fœlicem. Accedet ad cumulum infœlicitatis id quoq; mali. Cõtemnẽtur ab ijs quos ipsi contempserẽt, & illudent eis ij, quos ipsi riserẽt.

De auibus & Quadrupedibus.

AVibus pugna erat cũ quadrupedibus. Vtriq; spes, utriq; metus, utriq; erat periculum. Vespertilio autem relictis socijs, deficit ad hostes. Vincunt aues duce & auspice aquila. Transfugam uero uespertilionem damnant, ut ne ad aues unquam illi sit reditio, uti nec luce unquam sit uolatus. Hæc causa uespertilioni est, ut non nisi noctu uolet. MORALE.

Qui cũ socijs auersitatis & piculi particeps esse renuit prosperitatis et salutis expers erit.

De Lupo & Vulpe.

LVpus cum prædæ satis esset, in ocio degebat. Accedit Vulpecula, sciscitatur ocij causam. Sensit lupus insidias fieri suis? epulis, simulat morbum esse causam, orat uulpeculam, deprecatum iri deos. Illa dolens dolũ nõ succedere, adit pastorem, monet petere latebras lupi, hostem enim securum posse inopinato opprimi. Adoritur pastor

lupũ, mactat. Illa potitur antro & præda. Sed fuit illi breue scelcris sui gaudium. Nam non ita multo post, idem pastor & ipsam capit.

MORALE.

☞ Fœdares inuidiã, & ipsi interdũ authori quoq; pernitiosa. Flaccus epistolarũ libro primo: Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Inuidia Siculi nõ inuenire tyranni Maius tormentum.

Epta 2 ad Lollium

De Ceruo.

CEruus in perspicuo fonte se conspicatus, probat pro cera frontis, & ramosa cornua, sed tibiarum exilitatem damnat. Forte dum contemplatur, dum iudicat, interuenit uenator. Fugit Ceruus ocyor pilis, & agente nymbos ocyor euro. Insectantur fugientem canes. Sed cum in trasset condensam syluam, implicita sunt ramis cornua. Tũ demum tybias laudabat et cornua damnabat, quæ fecere ut præda esset canibus.

MORALE.

☞ Fugienda petimus, petenda fugimus. Placent quæ officiunt, quæ cõferunt displicent. Beatitudinẽ cupimus priusquã ubi sit interrogemus. Opum excellentiam & honorum celsitudinem quærimus, in his beatitudinem sitam opinamur, in quibus tamen multũ laboris est & doloris. Pulchre id significat Lyricus ille noster. Sæpius uentis agitatur ingens Pinus, & celse grauiore casu Decidunt turres feriuntq; summos Fulgura montes.

☞ De Vipera & Lima.

IN fabrica offendens limam uipera, cœpit rodere. Subrisit lima, quid inquiens inepta? Quid agis? Tu tibi

ante cõtriueris dentes, quam me atteras, quæ duritiã æris præmordere ſolco. MORALE.

Etiã atq; etiã uide, q cum tibi res ſit. Si infortiorẽ dẽtes a cuis, nõ illi, ſed tibi nocueris.

De Lupis & Agnis

LVpis & agnis, quibus natura diſcordia eſt fœdus aliquando fuit, datis utrinq; obſidibus: Lupi ſuos catulos, oues canum cohortem dedere. Quietis ouibus ac paſcentibus, lupuli matrum deſyderio ululatus ædunt. Tum lupi irruentes, fidem fœdusq; ſolutum clamitant, ouesq; canum præſidio deſtitutas, laniant. MORALE.

Inſcitia eſt, ſi in fœdere tua præſidia hoſti tradas. Nam qui hoſtis fuit, hoſtis forſan nondum eſſe deſijt. Fortaſſis et cauſam cœperit, quo te nudatum preſidijs adoriatur.

De ſylua & Ruſtico.

QVo tempore etiam arboribus ſuus ſermo erat, uenit Ruſticus in ſyluam, rogans ut ad ſecurim ſuam tollere liceat capulum. Annuit ſylua. Ruſticus aptata ſecuri, cœpit arbores ſuccidere. Tum & quidem ſero, pœnituit ſyluam ſuæ facilitatis. Doluit ſeipſam eſſe cauſam ſui exitij. MORALE.

De quo bene mereris uide. Multi fuere, q accepto beneficio, in autoris abuſi ſũt pniciẽ.

De mẽbris & uẽtre.

PEs & manus uentrem olim incuſarunt, quod ab ocioſo eo lucra ipſorum uorarentur. Iubent, aut laboret aut alinc petat. Supplicat ille ſemel & iterum, negant tñ manus alimẽtũ. Exhauſto incdia uẽtre, ubi cœpere oẽs ar-

tus deficere, tũ manus uoluit tãdẽ officiosa esse, uerũ id se ro. Nã uẽter desuetudine debilis, cibũ repulit, cuncti artus dũ uẽtri inuidẽt, cũ uẽtre pereũte pereũt. MORALE. Perinde atq; in mẽbrorũ societate est, ita habet se societas hũmana. Mẽbrum eget mẽbro, amicus eget amico. Quare mutuis officijs utẽdũ ẽ. Neq; diuitiæ, atq; dignitatũ apices hominẽ satis tuentur. Vnicũ et sũmum præsidiũ, cõpluriũ amicitia est.

De simia & Vulpecula.

SImia uulpeculam orat, ut partem caudæ sibi donet ad tegẽdas nates. Illi enĩ esse oneri, quod sibi foret usui & honori. Respondet illa nihil nimis esse, & se malle humum cauda sua uerri, q̃ simiæ nates tegi. MORALE. Sũt q̃ egeant, sunt quibus supet. Nulli tamẽ diuitũ id moris ẽ, ut re supflua beet egenos.

De ceruo & bobus.

CEruus uenatorem fugiens, coniecit se in stabulum boues orat ut in præsepe latitare liceat. Boues tutum esse negant. Mox enim & dominũ & famulum affuturos. Illi securum se esse ait, modo ne ipsi prodant. Intrat famulus, occultũ fœno non uidet, exit. Gestire ceruus, & nihil iam timere. Tum unus è bobus, & æuo & consilio grauis, facile inquit, erat hunc qui talpa est, fellere: sed ut herum, qui Argus est, lateas, hoc opus, hic labor est. Mox deinde introgreditur herus. Qui ut serui negligẽtiam corrigat, cuncta lustrans oculis, & præsepe manu tentans, cerui deprendit sub fœno cornua. Inclamat famulos, occurrunt, ferram occludunt, capiunt. MORALE.

In aduersis rebus & periculis latebræ difficiles sunt inuentu, aut quia miseros ut cepit, fortuna exagitat. aut quia ipsi metu impediti, & inopes consilij semet imprudẽtia prodũt. De leone & uulpecula.

LEo ægrotabat, uisebant animalia, una officium differente uulpecula. Ad hanc legatum mittit leo cum epistola, quæ uenire admoneat. Gratissimam rem ægroto fore eius unius presentiam. Nec quicquam periculi fore cur uulpecula metuat. Leonẽ enim primum quidẽ amicissimũ esse uulpeculæ, idq; percupere eius colloquium. Deinde ægrotatum esse & decũbere, ut etiam si id quod nõ erat uelit, nocere tamen non queat. Rescribit uulpecula, optare se, ut leo conualescat. idq; oraturam superos. Cæterum minime uisuram, terreri enim se uestigijs. Quæ quidem uestigia cum omnia sint antro leonis aduersa, & nulla auersa, eam rem inditium esse, multum quidem animalium intro isse, sed exisse nullum. Horatius. Epla prima Ad mæcenatẽ Libro primo.

Olim quod uulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam: quia me uestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

MORALE.

Caue fidẽ habeas uerbis, ni caueris, sæpe tibi dabũtur uerba, Capiẽda est cõiectura cũ ex uerbis, tũ ex factis, & ex his illa sũt iudicãda. De uulpecula & mustela.

VVlpecula longa ĩnedia tenuis, forte per angustiorem rimam in cameram frumenti repsit. In qua

cum probe pasta fuit, dein rursus tentantẽ egredi, distẽtus impediit uenter. Mustela luctantem procul contemplata, tandem monet, si exire cupiat, ad cauum macra redeat, quo macra intrarat. MORALE.

Videas complures in mediocritate lætos esse atq; alacres, uacuos curis, expertes animi molestijs. Sin hi diuites facti fuerit, uidebis eos mœstos incedere, nũq; frõtẽ porrigere, plenos curis, animi molestijs obrutos. Hãc fabellã sic Horatius canit. Forte p angustã tenuis uulpecula rimã Repserat in cameră frumẽti, pastaq; rursus Ire foras pleno tendebat corpore frustra. Cui mustela procul si uiscait effugere istinc) Macra cauum repetas arctum quẽ macra subisti.

De Equo & Ceruo.

EQuus gerebat bellũ cũ ceruo. Pulsus tãdem è pascuis, implorabat opem humanam. Redit cũ hoĩe, descendit in campũ, uictus antea, iã fit uictor. Sed tñ hoste uicto & sub iugum misso, ipse uictor necesse est seruiat homini. Equidẽ fert dorso, & frenũ ore. MORALE.

Dimicant multi contra paupertatem. Qua per fortunam & industriam nicta, sepe uictoris interit libertas. Dñi qui dẽ & uctoresi paupertatis, seruire incipiunt diuitijs, agũtur auaritiæ flagris, parcimoniæ cohibẽtur frenis, nec quærendi tenent modum, nec iusto quidem auaritiæ supplicio, partis rebus audent uti. Horatius de hac fabella:

Ceruus equum pugna melior, communibus herbis.
Pellebat, donec minor in certamine longo.

Implorauit opes hominis, frenumq; recepit.
Sed postquam uiolens victor discessit ab hoste.
Non equitem dorso, non frenum reppulit ore.
Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum uehit improbus, atq;
Seruiet æternum, qui paruo nescit uti.

ESOPI
FABVLAE HADRIANO Barlando Interprete.

De duobus Adolescentibus.

ADOLESCENTES DVO OBSONIVM apud cocum sese empturos simulant. Coco alias res agente, carnem alter è canistro surripit, dat socio ut sibi ueste occultat. Cocus subreptam sibi carnis partem, ut uidit, furti utrumq; cœpet insimulare. Qui abstulerat per Iouem nihil habere, is uero qui habuit, nil abstulisse identidem deierat. Ad quos me quidem, inquit cocus, fur nunc latet, sed is ipse exit, is scit, quem iurastis.

MORALE.

Si quid peccauimus, id statim nõ sciunt hoïes, at Deus omnia uidet, qui sedet super cœlos, & intuetur abyssos. Quod si cogitent homines, suppressius, prudẽtiusq; peccabitur.

De Cane & Lanio.

CAnis in macello cũ lanio carnem abstulisset, in pedes sese continuo quantũ potuit coniecit. Lanius iactu rarei perçussus, primũ tacuit, deinde aĩm recipiẽs, sic procul acclamitauit. O furacissime curre tutus, impune tibi licet, tutus enim es nunc ob celeritatẽ, post hac aũt cautius mihi obseruaberis. MORALE.

Hæc fabula significat pleroscp oẽs tũ demũ fieri cautiores ubi damnũ acceperint. ☞ De Cane & Oue.

CAnis ouẽ in ius uocat, panẽ ex mutuo debere clamitans, illa it inficias. Miluus, lupus, uultur accersuntur, rem affirmant, damnatur ouis, damnatam canis rapit ac deglubit. MORALE.

☞ Falsis testimonijs opprimi quãplurimos, cũ nemo nescit tũ hæc quãoptime docet fabellula. ☞ De Agno et Lupo,

AGno comitanti Caprum, Lupus fit obuiam, rogitat cur relicta matre oĩdum potius sequatur hircum, suadetcp ut ad distenta lacte matris ubera redeat, sperans ita fore abductum ut laniat: ille uero, mater meô lupe inqt huic commisit, huic summa cura seruandi data est. Parenti potius q̃ tibi obsequendum, q̃ me seducere istis dictis postules, seductũ mox percerpere. ☞ MORALE.

☞ Noli omnibus fidem habere, multi enim dum alijs uidẽtur uelle prodesse, sibi interim consulunt.

☞ De Adulescente & Cato.

CVm adulescens quidam in delitijs amoribuscp usurpasset catum, Venerem precibus fatigauit, ut catũ in

fœminam transfiguraret. Commiscrescit, & audit orantem Venus, fit metamorphosis, quæ adulescenti misere amanti perplacuit, nempe tota succi plenula, tota candidula, tota elegantula. Itur deinde in cubiculum ridetur, luditur, Nec uero ita multo post percupiens experiri: Dea, nunquid catus cum corpore mutasset & mores, per impluuium immittit musculum, ibi risu prorsus, atq; ludores digna accidit. Conspectam illico bestiolam insequitur muliercula. Venus indignans fœmine uultus iterũ in Catum.

Cum pedibusq; manus, cum paruis brachia mutat
Cruribus, & cauda est mutatis addita membris

MORALE.

Cœlũ nõ animũ mutãt, q trãs mare currũt Nimisq; difficile est assueta relinquere. Naturã expellas furca, tamen usq; recurrit, inquit Horatius. De Patre & filijs

COmplures habebat agricola filios adulescẽtulos ĩter se discordes, quos pater elaborãs trahere admutuum amorẽ, apposito fasciculo iubet singulos breui circundatum funiculo effrĩgere, imbecilla nequicquã conatur ætatula. Soluit parẽs redditq; singulis uirgulã quã cũ p suis quisq; uiriculis facile frãgeret. O inquit filioli, sic concordes uos uincere poterit nemo. Sed si mutuis uolueritis sæuire uulneribus, atq; intestinũ agitare bellũ, critis tãdẽ prædę hostibus.

MORALE.

Docet hic Apologus, concordia paruas res crescere, discordia magnas dilabi.

De Rustico & Equo.

RVsticus equum uacuum, asinumq; sarcinulis egregie onustum producit ad uiam. Defessus asellus, equum sibi oncra ut adiuret orat, si saluum uelit. Negat facturum equus, asellus tandem sarcine pondere grauatus pcombit moritur. Herus omne onus, mortui quoq; aselli corium in equi dorsum reclinat, quibus cũ ille deprimeretur, me mi, serũ inquit, merito meo sic nũc exercior, qui dudũ laborãti asino opitulari nolui. MORALE.

Cic. offic 7 Sq qm pelave &l

Monemur hac fabula ut oppressis subueniamus amicis ortus nostri (inquit Plato) partẽ sibi patria uendicat partẽ amici.

De Carbonario & Fullone.

FVllonem inuitabat Carbonarius, ut secum in unis ædibus habitaret. Fullo non est (inquit) mi homo istuc mihi uel cordi uel utile, uereor enim magnopere, ne quæ ego eluam, tu reddas tam atra quam carbo est.

MORALE.

Monemur hoc apologo cum inculpatis ambulare, monemur sceleratorum hominum consortia, ueluti pestẽ quãdam, deuitare. Trahunt, inquit Capanus, hominem sodalitia commertia, etiam in mores penitrant, & perinde quisq; euadit, ut quibus cum uersatur.

De Aucupe, & Palumbo.

IT uenatum auceps, uidet nidulantem procul in altissima arbore palumbum, adproperat, deniq; insidias molitur, premit forte calcibus anguem. Hic mordere, ille im-

prouiso examinatus malo. Me miserũ inquit, dũ alteri insidior, ipse dispereo. MORALE.

Significat hæc fabula nonnũquam eos suis artibus circumueniri, qui res nouas moliuntur.

De buccinatori.

BVccinator quidem ab hostibus capitur, abducitur, trepidare ille, supplicare, ut parcant innoxio, dicens se quãdo nihil unquam armorũ præter unam buccinam gestauerit, hoc̃ nõ potuisse qdem occidere, nedũ uoluisse. Illi cõtra murmure tũ sæuo tũ uerberibus intonant, nihil agis scelus, maxime noces atq; nũc hic trucidabere, qđ cum ipse ut fateris sis rei militaris imperitus, cornu isto tuo, aliorũ excitas, cuibras animos. MORALE.

Grauissime peccant nõnulli, qui ad mala, quiq; satis pronis principibus, ut inique agant, consulunt, atq; huiusmodi quædem ad illorum aures occinunt. Quid etiam dubitas? an te principem esse oblitus es? an non tibi quod libeat licet tu legibus maior, in te legi rupæ nomen cadere haud potest, qui ipsis etiam dominaris legibus, tui nihil possidẽt quod tuum non sit, tu potes & seruare, & perdere, tibi fas est opibus, dignitateq; agere, quẽ uisum sit. Fas est ubi libuerit adimere, alios alia uel damnant, uel commendant, tibi nihil non honestissimum futurum.

De Lupo & Cane.

LVpus Cani ante lucem in sylua forte fortuna sit obuiam, salutat, aduentum gratulatur, deniq; rogat quo

pacto tã sit nitidus. Cui ille, herilis cura hoc efficit, herus me blãdiẽtẽ sibi demulcet, de mẽsa pascor herili nitidissima nũquã sub dio dormito, tũ uniuersæ familiæ nõ dici põt, q̃ sim gratus. Næ tu (inquit Lupus) multo es fœliciſsimus ô canis, cui tã benignus, et comis cõtigis herus, quo cũ ô utinã cõmorari et mihi liceat, nullũ me animãtiũ esset uspiã fortunatius. Canis noui status cupidissimũ uidẽs lupũ, effecturũ se pollicetur, ut hæreat in parte aliqua apud herũ, modo de pristina ferocia aliquid remittere, & seruitutẽ seruire uilit. Stat sẽtẽtia. lupo libitũ est deãbulare ad uillã, sermones edũt in itinere prorsus incundissimus. postea uero q̃ illuxit, cõtritũ canis collũ uidẽs lupus. Quid sibi uult inquit ô canis, tua istæc prorsus depilata ceruix? Solebam inquit ille, feroculus notis pariter & ignotis allatrare, obmordereq; nonnunquam, id egre ferens herus, crebris me tundebat uerberibus prohibens etiam ne quem præter furem, lupumq; adorirer, ego si uapulãdo uictus sũ & mitiõ factus, hocq; genialis sæuitiæ seruaui signum. Lupus hoc audito ego inquit, heri tui amicitiam tanti non emo. Vale igitur ô canis, cum tua ista seruitute, mihi mea potior est libertas

MORALE.

Obtabilius est in humili causa dominũ esse, et panẽ atrũ uorare, quã in ãpliſsima regia opiparis mẽsis frui, & obnoxium trepidũq; agere. Nã libertas sublimi exulat aula ubi accipienda uenit, & mussitanda iniuria est.

De Agricola & Canibus.

AGricola cum ruri plusculos hyemasset dies, cœpit tã dem necessariarum rerum penuria laborare. Interficit oues, mox & capellas, postremo boues quoq; mactat, ut habeat quo inedia pene exhaustum corpusculum sustentet. Id uidentes canes, salutem fuga quærere constituunt, sese enim non uicturos diutius, quando ne bobus quidem quorum in opere rustico faciundo utebatur opera pepercit herus. MORALE.

In quam domum mercedis gratia te tradas, uide. Nõnulli humanissimi sunt heri. Multi etenĩ hodie eo demẽtiæ prolabuntur, ut uel seruos infortunio malo & dãno libenter mactant. De Vulpe & Leone.

VVlpecula quæ Leonis immanitatẽ insuetã habebat semel atq; iterũ id forte animalis cõtemplata, trepidare, & fugitare, cũ iam tertio obtulisset se se obuiã leo, tãtum abfuit ut metueret quicquã uulpes ut cõsideterillũ adiuerit, salutaueritq;. MORALE.

Omnes nos consuetudo audaciores facit, uel apud eos quos antea aspicere utx ausi fuimus.

De Vulpe & Aquila.

VVlpeculæ proles, foras excurrerant, ab Aquila cõprehense matris fidem implorant. Accurrit illa, ut captiuam prolem dimittat, Aquilam rogat: aquila nactus prædam ad pullos subuolat. Vulpes correpta face, quasi illius munitiones incẽdio absumptura esset, insequitur. Cũ ĩã arborem cõcẽdisset, et ipsa nũc te inquit, tuosq; si potes

tuere, trepidans aquila incendiū dū metuit: parce inquit mihi, paruisq; liberis: tuum quicquid habeo reddidero.

MORALE.

Per aquilā, ortētis atq; audacis animi hoīes intellige. Per uulpē pauperculos, quos calumnijs premere, cōtumelijsq; afficere, diuitibus æque studiū est. Verum quando est sua & formicis ira, impotētes ij acceptā interdū probe ulciscuntur iniuriam.

De Agricula & Gruibus.

GRuibus, Anseribusq; sata depascentibus, laqueum prætendit rusticus capiuntur grues, capiuntur anseres, capitur & ciconia. Supplicat illa, innocentem sese clamitans, et nec gruem, nec anserē esse, sed auiū oīm optimā: quippe quæ parente sedulo semper inseruire, eundēq; senio confectū alere consueuerit. Agricola horum, inquit, nihil me fugit, uerū cū nocentibus postquā te cepimus, cū his quoq; morieris.

MORALE.

Qui flagitiū cōmittit, & is qui impuris se adiūgit socium, pari pœna plectūtur.

De Gallo & Cato.

VEnit ad Gallum comedendum Catus, non satis aūt habens ad nocendū causæ, Gallum criminari occipit obstreperam esse auem dictitans, utpote quæ uoce tā acuta noctu dormientes homines expergefaciat. Ille se innocentem ait, cum sic excitet in opera mortales. Catus contra intonat, nihil agis scelestę, cum matre rem habes, nec sorore abstines. Id gallus quoq; expurgare cū niteretur. Nec hoc inquit, persecurantius sæuiens Catus, quicq; facis, tu mihi

hodie discerperis. MORALE.

Vetus dictū esse ait Guilhelmus Goudanus, ut canē cædas facile inueniri baculū. malus, si libitū fuerit, quo iure. quáq; iniuria te præcipitē dabit. De Opilione & Agriculis.

PVer editiore pratulo oues pascebat, atq; p iocū terq; quaterq; lupum adesse clamitans. Agriculas undiq; excicbat, illi sæpius elusi, serio auxiliū implorāti, dū non subueniunt, fiunt oues præda lupo. MORALE.

Si mētiri insuerit quispiā, huic, si qñ uerū narrare occeperit, haud facile habebitur fides. Superiori apologo finitimus est ille apud Horatiū, de Plano scura iocus

Nec semel irrisus triuijs attollere crura,
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per sanctum iuratus dicat Osirim
Credite non ludo crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum uicinia rauca reclamat.

De Aquila & Coruo.

RVpe editissima in agni tergū deuolat Aquila, uidens id Coruus, imitari (uelut simius) gestat Aqlā in arctis uellus se demittit, demissus īpeditur, impeditus cōprehēditur, cōprehensus pijcitur pueris. MORALE.

Non aliorum, sed sua se quisq; uirtute æstimet. Tuo te pede metire inquit Horatius: Id uelis, id tentes qd' possis.

De Cane inuido & Boue.

PRæsepio fœni pleno decumbebat Canis, uenit Bos ut comedat. Ille sese surrigens prohibere. Bos, Dij.

te cum tua istac inuidentia perdant, inquit, qui nec fœno uescaris, nec eo uesci sinis. MORALE.

Eo sunt ingenio plerique, ut alijs inuideant, quod ipsi mẽtis inopia assequi nequeũt. De cornice & oue.

STrepitat in ouiculæ dorso cornicula. Ouis, cani inquit, si sic obstreperes, ferres infortunium. At cornix scio quibus insultem, placidis molesta, sæuis amica.

MORALE.

Impotenti, & syncero perpetua est cum malis parata certatio, illiditur solo innocentissimus quisq;, nocentis uero præferocis hominis aures adstrepit nemo.

De Pauone & luscinia.

PAuo apud summi Iouis sororẽ & coniugem Iunonẽ queritur luscinian suaue cantillare, se ob raucam rauim ab omnibus irrideri. Cui Iuno, dos sua à dijs cuiq;. Luscinia cantu, tu plumis longe superas, unumquemq; sua sorte decet esse contentum. MORALE.

Quæ diui largiuntur, grato sumamus animo, neq; maiora quæsierimus. Superi temere agunt nihil.

De mustela seniculo & muribus.

MVstela præsenio uiribus carens, mures iam ita ut solet, insequi non ualebat, meditari cœpit dolũ, in farinulæ se colliculũ illatebrat. sic sperans fore ut citra laborẽ uenetur. Accurrũt mures, & farinã esitare dũ cupiunt, ad unũ oẽs a mustela uorãtur, MORALE.

Vbi uiribus quispiam destitutus fuerit, ingenio opus.

est. Lysãder Lacedæmonius subinde dicere solebat, quo nõ peruenirct leonina pellis, uulpinã assuẽdũ esse. Quod sic lucidius dixeris: Vbi uirtus nõ satis põt, adhibẽda ẽ astutia

Apologus ex Mantuano traductus.

RVsticus quidam ex malo, quam in proximo habebat agello, sapidissima quotannis legebat poma, hero lecta donabat urbano: qui illectus incredibili pomorum dulcedine, malum tandem ad se transtulit: ea ucterrima repente exaruit, atq; ibi poma pariter & malus periere. Quod cũ patrisamilias nuntiaretur, heu difficile est, inquit, annosam transplantare arborem, satis superq; fuerat, si frenos meæ nouissem imponere cupiditati, fructus ramo decerpere. Hanc fabulam sic Mantuanus:

Rusticus ex malo dulcissima poma legebat
Vnde dare urbano dona solebat hero
Ast herus illectus frugum dulcedine, malum
Transtulit in laribus proxima rura suis.
At quia malus erat senior, translata repente
Aruit, & proles cum genitrice obijt.
Heu male transfertur senio cum induruit arbor,
Inquit herus, fuerat carpere poma satis.

MORALE.

Qui nimium sapiunt, atq; inconcessa sequuntur, Desipiunt: cohibet qui sua uota, sapit.

FABVLE

M. PETRO SCOTO VIRO ORNATISSIMO eidemq; humaniſſimo, ſcriptæ a Barlando.

De Leone & Rana.

AVdire uocem uiſus Leo proſilit, ſubſiſtit non ſine trepidatione magn quippiam expectans: egreditur tandem aquis ranula. Leo depoſito metu appropians, beſtiolam proculcat pedibus.

MORALE.

VEtat hic apologus inanes timores, ut illa a Guilhelmo Goudano uerſa fabula de partu montium.

De formica.

SItiens uenit ad fontem ut biberet formica, incidit forte in puteum, opitulatur eminus ex arbore deiecto ramo columba. Ramum conſcendens formica, ſeruatur. adeſt columbam ut capiat auceps, non ſinit formica, aucupis pedem arripit mordicus, auolat columba.

MORALE.

DOcet hæc fabula præclare meritis referendum eſſe gratiam.

De Auibus.

GEns auium cum libere uagaretur, optabat ſibi dari regem, Pauo ſe in primis dignum qui eligeretur putabat, quia eſſet formoſiſſimus. hoc in regem accepto, pica O Rex (inquit) ſi te imperante Aquila nos præſtrenue (ut ſolet) inſequi cœperit, quo illa modo abiges? quo nos pa-

cto seruabis? MORALE.

In pricipe nõ tam forma, quã corporis fortitudo spectãda est, et prudẽtia. De Aegroto & Medico.

MEdicus curabat ægrotum, ille tandem moritur. Tũ ad cognatos Medicus, hic, inquit, intemperantia perijt. MORALE.

Bibacitatẽ et libidinẽ, nise qs mature reliquerit, aut nũquã perueniet ad senectutem, aut perbreuem est habiturus senectutem. De Leone & alijs.

IEo, asinus, uulpes eunt uenatum, capitur ampla uenatio, capta partiri iussa. Asino singulas singulis partes ponente irrugit Leo, asinum rapit, ac laniat. Postea uulpecule id dat negocij, quæ astutior, cum leoni longe optima posita parte, sibi uix minimam particulam reseruasset, rogat leo, à quo sic docta sit. cui illa, huius me (inquit) calamitas docuit, mortuum asinum ostendens.

MORALE.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

De Hœdo & Lupo.

EFenestra prospectus hœdus, præteriuntem lupum cõuicijs incessere audebat. Cui lupus, non tu (ait) sceleste mihi conuitiaris, sed locus. MORALE.

Et tempus, & locus sæpe audaciam addunt homini.

De Asino.

ASinus de hortulani sæuitia querens, Ioui supplicat alium dari herum. Exaudire Iupiter uota Asini

dat tegularium. Apud quē cum tegulas, grauioraq; tergo rectaret, onera, accessit rursus Iouem, orat dari, qui mitior sit. Ridere Iupiter, ille tamen non desistit instare, orare, usq; adeo donec perpelleret. Dat ille coriariū, quē ubi pernouit asellus, me miserum, inquit, qui dum nullo sum contentus domino, in eum inciderim, qui nec corio quidē meo quantum auguror parcet. MORALE.

☞ Sēp dānamus q; præsētia sūt, et noua appetimus, q; (ut dici solet) ueteribus nō sūt potiora. ☜ De anu et ancillis.

ANus quædā domi habebat ācillas cōplures, quas quotidie antequā lucesceret, ad galli gallinacei quē domi alebat, cātū excitabat ad opus. Ancillæ quotidiani tādē negocij cōmotæ tedio gallū obtrōcāt, sperātes iā necato illo in medios sese dies dormituras. Sed hæc spes miseras frustrata est, hera enī, ut inter emptū gallū rescisciit, intēpesta deinceps nocte surgere iubet. MORALE.

☞ Non pauci grauius malum dum student euitare, in alterum diuersum incidunt. Peruulgatum est:

Incidit in Scyllam, qui uult uitare Charibdim.

☞ De Asino & Equo.

ASinus beatum putat equum, quod pinguis esset, & in ocio degeret: se uero infelicem dicebat, quod macilentus esset, ac strigosus, quotidieq; ferendis oneribus ab immiti hero exerceretur. Haud multo post ad arma conclamatum est, tum equus non frenum repulit ore, nec telum corpore, hoc uiso, asinus magnas dijs gratias age-

bat, quod non equum se, sed asinū fecissent.

MORALE.

Miseri sūt, quos uulgus beatos iudicat, et nō pauci beati, q̄ se miserrimos putāt, Sutor crepidarius regē dicit felicē, quē oīm rerū cōpotē uidet, nō cōsiderās in quātas rex solicitudines distrahatur, dū interi ipse optima cū paupertate cantillet. De Leone & capra.

EDita rupe ambulantē capram forte conspicatus leo, monet ut potius in uiride pratum descēdat. Capra: facerem fortassis. inquit, si tu abesses, qui mihi nō istuc suades, ut ego inde ullam capiam uoluptatem. sed ut tu habeas quod uores famelicus. MORALE.

Oībus ne habeas fidē: quidā enī nō tibi, sed sibi cōsulūt

De Vulture aliisq; auibus.

ANnuum se natalem celebrare adsimulat uultur, auiculas ad cœnam inuitat: ueniunt pleræq; omnes. uenientes magno plausu, fauoribusq; accipit, acceptas laniat uultur MORALE.

Non sunt amici omnes, qui blande dicunt, aut benigne se facere uelle simulant, latent sub hoc melle uenena.

De Anseribus.

ANseres una cum gruibus agrum uestabant quibus auditis rustici protinus in illos feruntur. Rusticos conspicate auolant grues, capiuntur anseres, qui impediti corporis onere, subuolare non poterant.

MORALE.

Expugnata ab hostibus urbe, facile se subducit inops, at diues seruit captus. In bello diuitiæ magis oneri sunt quã usui.

De Ioue & Simia.

IVppiter scire percupiens quisnam mortalium scitissimos ederet liberos, cõuocari iubet quicquid usquam est animantium. Concurritur ad Iouem undiq; aderat iam alitum pecudumq; genus, inter quos & Simia deformes catulos brachio gestans cum aduenisset, à risu temperare nemo potuit, quinetiam Iuppiter ipse profuse admodum risit. Ibi continuo simia imo inquit, nouit & Iuppiter iudex noster catulos meos magnopere omnes quotquot sunt præcellere.

MORALE.

Suum cuiq; pulchrum, ut est adagium. Et Alibi apud Theocritum in Aeglogis.

Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra uidentur amanti.

ANIANI
FABVLAE HADRIANO.
Barlando interprete.

De Quercu & Arundine.

QVASTVS olim atq; adeo insolentiæ plena quercus Arundinem aggressa est, si nunc inquiens pectus animosum tibi, procede, agedum ad pugnam, ut noster duarum cuentus ostendat, utra uiribus præsect. Arundo quercus cantum, exultationem fortitudinisq;

agitationē uanā nihil mirata, sic respondit, certamen nunc abnuo, nec meæ sortis me piget. Nam in omnē partē mobilis, tēpestates tamē peruinco sonoras, tu si semel uasto rex Aeolus antro, luctantes emiserit uentos, cōcides, & mihi tum ridebēris. MORALE.

Declarat hæc fabella, non eos semper fortissimos esse, qui nulla etiam lacessiti iniuria, alijs insultant.

De Piscatore & Pisciculo.

PIscator iacto in aquam hamo, cibis illito, piscīculum e duxit, orat, obsecratq; captiuus, se minutulum uti abire sinat, & adolescere, ut postea maiore potiatur. piscator ego inquit spem pretio non emo, quippe qui eo fuerim ingenio semper, ut quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia. MORALE.

Hæc nos monet fabella, ne certa unq̄ ĭcertorū spe ungui bus amittamus. qđ enim stultius (ut ē apud Ciceronē) quā incerta p certis habere.

De Formica & Cicada.

APpetente hyeme frumentum in arcolam ad solem trahebat Formica, uidet id Cicada, accurrit, rogitat granum. Formica cur non inquit, & tu meo exemplo æstate trahis quodcumq; potes, atq; addis aceruo? Respondet illa, sibi id tēporis cantando trāsigi. Ridens formica, si ait æstate cātitare soles, merito nūc esuris. MORALE.

Monemur hac fabula, dum adhuc robur corporis adest quærere ea, quibus imbecilla sustētetur senectus. Per hyem senectutem intellige. Per æstatem adolescentiam, &

florem illum ætatis.

De Leone & tauro.

LEonẽ fugitabat Taurus, in Hircum incidit, is cornu & caperata minitabatur frõte, ad quẽ plenus iræ taurus nũ tua inquit in rugas cõtracta frõs me territat: sed imma nẽ metuo leonẽ, qui nisi tergo hereret meo, iã scires non ita paruã rẽ esse, pugnare cũ tauro, et nostro sequide uulnere sanguinẽ. MORALE.

Calamitosis non addenda calamitas, Sat miser est qui semel est miser.

FABVLE

ANIANI GVILELMO HERMANNO Diui Augustini ordinis Canonico interprete mutatæ, incipiunt feliciter.

De Nutrice & Lupo.

VTrix minatur puerũ ploratẽ (ni taceat) dari lupo. Lupus id forte audit, spe sibi manet ad fores. Puer tãdẽ silescit obrepẽte sõno Regreditur lupus in syluã iciunus et ĩanis. Lupa ubi sit præda sciscitatur. Gemebũdus ille uerba ĩquit, mihi data sũt. Puerũ plorãtẽ se abĩcere minabatur nutrix, at fefellit.

MORALE.

Fœminæ non est adhibenda fides.

De Testudine & Aquila

CEperat testudinē tædiū reptādi. Si eā qs ī cœlū tolleret, pollicetur baccas maris rubri. Sustollit eā aquila, possit premiū. Nō habētē fodit unguibus. Ita testudo, q̄ cōcupit uidere astra ī astris uitā reliquit. ☙ MORALE.

☙ Tua sorte sis contentus, Fuere nonnulli q̄ si mausissent humiles, poterant esse tuti: facti sublimes, inciderūt in pericula. ☙ De Cancris, Matre, & Filio.

CAncrum retrogradum monet mater, antrorsum ut eat. Filius respondet, mater inquit, i præ, sequar.

☙ MORALE.

☙ Nullū creprehēderis uitij, cuius ipse queas reprehendi

☙ De Sole & Aquilone:

SOl, & uentns Aquilo certāt, uter sit fortior. Conuentū est experiri uires inuiatorē, ut palmā ferat. que excusserit manticā, Boreas horrisono nymbo uiatorē aggreditur, ac ille non desistit, amictum gradiendo duplicās. Assunt uices solis. Qui nymbo paulatim euicto, emolitur radios. Incipit uiator æstuare, sudare, anhelare. Tandē progredi nequiēs, captat frigus opacū, atq; sub frondoso nemore abiecta mantica, resedit. Ita soli contigit uictoria.

☙ MORALE.

☙ Qui cū certes, etiā atq; etiā uide. Nā et situ fortis es, ē forsitan alius te fortior. Aut si nō fortior, certe callidior, ut cōsilio suo, tuū unciat robur. ☙ De Asino.

ASinus uenit in syluā, offendit exuuias leonis. Quibus indutus redit in pascua, gregæs armentaq; ter-

ritat, & fugat. Venit qui perdiderat, queritat suũ asinum Asinus uiso hero occurrit, imo cũ rugitu suo incurrit. At herus prehensis, quæ extabant auriculis, alios licet, inquit fallas, ego te aselle mi probe noui. MORALE.

Quod nõ es, ne te esse simules. Nõ doctũ, cũ sis indoctus: uõ diuitẽ, nõ nobilẽ, cũ sis paup et ignobilis, te iactis. Vero enĩ cõperto rideberis.

De Rana & Vulpe.

RAna egressa paludẽ, in syluis apud feras medicinã p fitetur. Ait se nec Hippocrati, nec Galeno cedere. ceteris habẽtibus fidẽ, illusit uulpes. An hæc, inquit, medicinæ habebitur perita, cui sic pallet os? quĩ curet scipsã? Sic illusit uulpes. Est enim ranæ os cærulco colore. MORAle Stulticiæ est, profiteri quod nescias, & rediculum.

De Cane mordaci.

CAni subinde homines mordenti, ut sibi quisq; caueret, alligarat dominus nolã. Canis ratus uirtuti suæ tributum decus, suos populares despicit accedit ad hunc canũ aliquis iam ætate atq; authoritate gravis, monẽs cum ne erret. Nam ista, inquit, nola data est tibi in dedecus, non in decus. MORALE.

Glorioſus interdum sibi ducit laudi, quod ipsi est uitupe rio.

De Camelo.

CAmelus sui pœnitẽs querebatur tauros insignes ire geminis cornibus, se inermem obiectum cæteris animalibus. Orat Iouem donari sibi cornua. Ridet Iuppiter stultitiam cameli, nec modo uotũ negat, uerũ & auriculas

bestiæ decurtat. MORALE.

Sit quisq; fortuna cõtẽtus sua. Etenĩ multi fortunã secuti incurrere peiorem. ☞ De duobus amicis, & Vrso.

DVo amici faciũt iter, occurrit i itinere Vrsus. Vnus arbore conscensa, pericula cuitat. Alter, cum spes fugæ non esset, collidit se humi. Accedit bclua contrectat iacentem, os explorat & aures. Hominc spiritũ contenen te, ac motum, ursus qui mortuis parcit, ratus cadauer esse, innocuus discedit. Percunctanti postea socio; quidnam bc, stia dixisset iacenti in aurem, hoc monuisse ait, ne unquã cũ illiusmodi amicis iter faceret. MORALE.

Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno, fides est. Verum amicum res aduersæ, & pericula monstrant.

☞ De equite caluo.

EQues caluus illi garrat pileo comam fictitiam. Venit in campum acri spirante borea, ac dum male obseruat capillatum galerum, subito apparet caluitics. Tollit cachin num corona, nec non & ipse ridet. Quid noui est, inquit, auolare capillos alienos? cum olim defluxerint, qui fuerãt mei. MORALE.

Belle fecit eques, qui nõ est indignatus, sed cum ridẽtibus risit. Socrates uero cũ accepisset in foro alapã, hoc modo respõdit. Molestũ esse nescire homines quãdo debeant pro dire cum galea. ☞ De duabis ollis.

DVæ ollæ stetere in ripa, altera erat lutea, altera æ, rea, utramq; tulit uis fluuij. Luteæ collisioncm nc,

tuenti respondit ærcane quid timeat: sese enim ne colli-
dantur, satis curatura. Tū altera, seu me inquit tecū, seu
te mecum flumen collisserit, cū meo utrumq; fiet periculo.
Quare certū est a te separari. MORALE.

Satius est uiuere cum socio pari, q̄ cum potentiori. A potentiori enim potest esse periculum tibi, non illi a te.

De Rustico & Fortunata.

RVsticus cū araret, offēdebat in sulcis thesaurū. Gratias agit telluri, q̄ hūc dedisset. Fortuna uidēs nihil honoris haberi sibi, ita est secū locuta. Thesauro reperto, stolidus mihi nō est gratus: at eo ipso thesauro postea amisso, me primā oīm uotis et clamore sollicitabit. MORALE

Beneficio accepto, grati simus bñ de nobis merenti. Ingratitudo enī digna est. etiā bñficio q̄d iā acceperit, priuari.

De Tauro & Capro.

FVgit leonē taurus, uenit ad spelunca quærēs latibulū. Intranti occurrat cornibus, q̄ intus erat caper. Tū ūs uerbis, bos emugijt. Tu equidē cornibus tuis, mea excipis fugam. Verum si abierit quem fugio, quantum a uiribus tauri distet caper, tū senties. MORALE

Quis nescit miseris esse succurrēdū, aut certe nō nocēdū, quisq; enī miserorū iniuria nō tēperauerit, si (ut est fortuna mutabilis) miseris redierit fœlicitas nimirū nocuisse miseris, eū pœnitebit. De Simia & eius prole.

OMneis animantes suo conspectui Iuppiter adisse iusserat, cuius nā soboles esset pulcherrima iudica

turus. Properant feræ, aduolant aues, nec non ad id certamen adnatant pisces, Omnium postremo festinat Simia, trahens secum suam prolem. Cuius quidem prolis fœdas nates cunctis ridentibus: sic infit. Mancat cui faueat Iuppiter victoria. Meo tamen iudicio, hic meus natus est bellus & omnium natis iure præferendus, Hoc dicto subrisit & Iuppiter.

MORALE.

☞ Et nos, et nostra nobis placẽt. Sed de nobis, et de nr̃is factis, aliorũ sit iudiciũ, ne si ipsi iudicemus cum simia rideamur.

☞ De Pauone & Grue.

PAuo & Grus una cœnant, Pauo se iactat, caudã ostẽtat, Gruẽ cõtẽnit. Grus fatetur Pauonẽ formosis esse pẽnis, se tamẽ dũ uix tectis superuolat pauo, animos̃ uolatu penetrare nubes.

MORALE.

☞ Nemo alterum cõtempserit. Sua cuiq; dos, Sua cuiq; ẽ uirtus. Qui tua uirtute caret, forsan habet qua carcas tu.

☞ De Quercu & Arundine.

VAlidiore Notho effracta Quercus in flumen præcipitatur. Dumq; fluitat, hæret forte ramis suis in arundine, miratur arundinem in tanto turbine stare incolumẽ. Hæc respondet, cedendo & declinando se esse tutã, inclinare ad Nothum, ad Borcã, ad oẽm flatum. Nec mirũ esse quod quercus exciderit, quæ non cedere, sed resistere concupiuit.

MORALE.

☞ Potentiori ne resistas: sed hũc cedẽdo. & ferendo uincas. Quod pulchre docet facũdiss̃imus poetarum Virgilius

Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur.
Quicquid erit, superando omnis fortuna ferenda est.

De Tigride & Vulpe.

VEnator iaculis agitabat feras. Tigris iubet omnes ferat absistere, sese unam ait bellũ confecturã. Pergit uenator iaculari, Tigris oppido sauciatur. Fugiẽtem ẽ prælio, telũq; extrahẽtẽ percũctatur uulpes, quisnã ualẽtẽ beluã tam ualde uulnerasset? Respõdet se authorẽ uulneris haud nosse, uerum ex uulneris magnitudine capere se coniecturam, aliquem fuisse uirum. MORALE.

Fortes plerũq; sunt temerarij, & ars uim, ingenium fortitudinem superat.

De Tauris & Leone.

QVatuor fuere tauri, quibus placuit cõmunẽ ipsorũ esse salutẽ, et cõmune piculũ. Videt leo simul pascẽtes, et si esurit, tamẽ cõiũctos aggredi metuit. Primũ dat operã uerbis fallacibus segregare, tũ segregatos laniat. MO

Concondia nihil est firmius, discordia etiam fortes reddit imbecilles.

De Abiete & Dumo.

FErtur olim Abies despicere dumos, iactitat se proceram esse, locari in ædibus, cũ uelo stare in nauibus dumos autem humiles, uiles, nulli usui idoneos. Quorũ quidem tale fuit responsum. Tu sane Abies tuis gloriare bonis, ut nostris insultas malis. Verũ nec tua refers mala (& nostra præteris bona. Cũ tu sonãti detrũcare securi, q̃ uelles tũ nobis) qui securi sumus, esse te similẽ. MORALE.

Et summæ fortunæ sua insunt mala, & humili for-

tunæ ſua bona. Vt nil aliud nunc dicã, hæc ſecura eſt, actuta, illa nec extra metum eſt, nec caret periculo. Horatius canit in lyricis: Gelſæ grauiore caſu Decidunt turres, feriuntq; ſummos Fulgura montes.

De Piſcatore & Piſciculo.

SVbductus hamo piſciculus, orat piſcatorem ſe dimitti Ait modo ſe à matre fuſum, atq; mẽſam, cũ adhuc minutus ſit, non multum iuuare. Si demittat, poſtea grãdi ultra ad hamum eius rediturum. Piſcator negat ſe dimittere prædam certam, licet exiguam. Quid habeam inquit ſcio. quid ſim habiturus neſcio. Ego ſpem prætio non emo.

MORALE.

Certum præſtat incerto, præſens futuro, & ſi nõnunquã exile commodum omiſſum, attulit magnum.

De Alite & Pullus eius.

ALes poſitos in ſegete pullos monet, ut dum ipſa abeſt diligenter attẽdant, ſi fiat ſermo de occatione. Redeunti è paſtu matri pulli anxij narrant dominum agri operam illam mandaſſe uicinis. Reſpondit nihil eſſe periculi. Item alio die trepidi aiunt rogatos ad metendũ eſſe amicos. Iterum iubet illa, ut ſint ſecuri. Tertio ut audiuit ipſũ dominum cũ filio ſtatuiſſe poſtero mane cũ falce meſſem intrare, iam inquit tempus eſt ut fugiamus. Vicinos & amicos non timui, quia nõ uenturos ſciui. Timeo dominum, illi enim res eſt cordi.

MORALE.

Accordes alienis in rebus plerique ſumus. Quod ſi quid

recte curatum uelis, alteri ne mandes, sed cures ipse.

De Auaro & Inuidio.

DVo homines orabant Iouem, cupidus & inuidus. Mittitur a Ioue Apollo, per hunc ut eorum uotis satisfiat, dat hic utriq; optandi liberam facultatem hac cõditione, ut quodcumq; petisset alter, idipsum alter acciperet duplicatum. Hæret diu cupidus, cum nihil putat fore satis. Petit tandem non pauca. Et duplum accipit socius. Porro inuidus hoc petit, ut ipse uno priuetur oculorum, lætus sociũ mulctandum esse utroq; MORALE.

Auaritiã quid possit satiare? Inuidia uero demẽtius ẽ nihil. Quæ dũmodo noceat alteri, sibimet imprecatur malũ

De Leone & capella.

VIdit Leo pendere dumosa de rupe capellam. Suadet descendere, ut in campo thimum, salices q; carpat. Recusat capella descendere, uerba quidem eius haud sane mala, sed mentem esse planum doli reclamans.

MORALE.

Cogita quis quid suadeat. Multi suadẽt utilia, nõ tibi sed sibi.

De Cornice & Vrna.

SItibunda cornix reperit urnam aquæ: sed erat urna profundior, quam ut posset a cornice aqua contingi. Conatur effundere urnam, nec ualet. Tum lectos ex area, na scrupuõs iniectat, hoc modo aqua leuatur, & cornix bibit. MORALE.

Interdum id quod non potes efficere ui, efficies pru-

dentia & consilio.

De Leone & Venatore.

LItigat Leo cum uenatore, suam præfert fortitudinem hominis fortitudini. Post longa iurgia, uenator ducit leonem ad mausolcum, in quo sculptus erat leo, caput depones in gremium uiri. Negat fera id satis esse iudicij: homines enim sculpere quod uellent, at: quod si & leones forent artifices, iam uirum sculptum iri sub pedibus leonis.

MORALE.

Quisq; quoad potest, & dicit, et facit, quod suæ parti & causæ putat prodesse.

De Puero & Fure.

SEdebat puer flens apud puteum. Fur rogat causam flendi. Puer dicit rupto func incidisse in aquas urnã auri. Homo exuit se, insilit in puteum, quærit. Vase nõ in uento conscendit, atq; ibi nec pucrum, nec suam inuenit tunicam. Puer quippe sublata tunica fugerat.

MORALE.

Falluntur interdum, qui fallere solent.

De Rustico & Iuuenco,

ERat rustico iuuencus, uinculi omnis, iugiq; impatiens. Homo astutulus, bestiæ resecat cornua, cornibus enim petebat. Tum iungit non currui, sed aratro, ne ut solet, herum pulsaret calcibus. Stiuam ipse tenet, gaudens, industria effeciss̃e, ut iam foret tutus & a cornibus, & ab unguibus. Sed quid euenit (Taurus subinde resistens, spargẽdo pedibus, os caputq; rustici opplet arena.

MORALE.

Sũt nonnulli ſic intractabiles, ut nulla queant arte nullo cõſilio tractari.

De Satyro & Viatore.

SAtyrus, qui deus nemorum olim eſt habitus, uiatorem niue obrutum, atq; algore enectum miſeratus ducit in antrum ſuum, fouet igni. Spirantem autem in manus, percontatur cauſam. Qui reſpondens, ut caleſiãt, inquit. Poſtea cum accumberent, ſufflat uiator in polenta. Quæ cur faceret interrogatus, ut frigeſcat, inquit. Tum continuo Satyrus uiatorẽ ejiciens, nolo inquit, in meo ſit antro, cui tam diuerſum eſt os.

MORALE.

Caue ſit in tuo conuictu homo duplici ore, quiq; in ſermone eſt Proteus.

De Apro & Ruſtico.

APro uaſtati ſegetes, ruſticus præcidit auriculã. iterum deprehenſo, præcidit alteram. Et tunc quoq; redeuntem capit, captum portat in urbem deſtinatum lautitiæ ſui patroni. Secta iam in conuiuio belua, nuſquam apparet cor. Excandeſcente hero, & flagitante cocos, uillicus reſpondet: Patrone, inquit, non eſt mirum non apparere cor, nam credo ſtultum aprum nunquã cor habuiſſe. Nam ſi cor habuiſſet, nũquam in pœnã ſuam ad meas ſegetes toties rediſſet. Sic ruſticus. At omnes conuiuæ emori riſu, cachinnari de ſtultitia ruſtici.

MORALE.

Multorum hominum eſt excors uita, ut an cor habeãt, poſſis ambigere.

De Tauro & Musc.

MVs Tauri pedem momorderat, fugiens in antrum suum. Taurus uibrat cornua, quærit hostem, nusquam uidet, irridet eum mus. Quia, inquit, robustus, non iccirco quemuis contempseris. Nunc te (& quidem gratis) læsit exiguus mus.

MORALE.

Tritum illud est uerbum, quod significantius nostrate lingua dixerim.* Nemo suum hostem floccipendat.

* Niemāt sal verachten sinen quiant

De rustico & Hercule.

RVstici currus hæret in profundo luto. Mox supinus deum Herculem implorat. Intonat uox è cœlo, inepte, inquit flagella equos, et ipse annitere rotis, atq; tum Herculem uocato, tum enim aderit Hercules uocatus

MORALE.

Nil ꝓsūt ociosa uota, q̄ sane deus nō audit. Iuua temet inquiūt ipse tum iuuabit te deus.

De Ansere.

FVit anser, qui ponebat oua aurea, singulis diebus singula. Dominus ut subito fiat diues, anserem iugulat, sperans intus latere, gazam. Sed ansere inuento uacuo, stupet miser, anxieq; dehinc suspirat, ac plangit, & rem & spem perijsse.

MORALE.

Moderanda sunt uota. Curandum est ne uel præproperi simus, uel nimij. Nam & festinantia nocet, & qui plura quam decet quærit, interdum acquirit nihil.

De Cicada & Formica.

CVm per æstatem Cicada cantat, Formica suam exercet messem, trahit in antrum grana, reponens in

hyemem, Sæuiente bruma, famelica cicada uenit ad formicam, mendicat uictum. Renuit formica, dictitans sese, dum illa cantabat laborasse. MORALE.

Qui segnis est in iuuenta, egebit in senecta: & qui nō parcit, olim mēdicabit.

De Simia et duobus eius natis.

SImia ut ferunt, cum peperit gemellos, alterum diligit, alterum negligit. Erat puerpera cū gemellis. Atq; cum incidisset terror, uitatura periculum, dilectum prehēdit ulnis. quem dum præceps fugitat, collidit petræ atq; enecat. neglectus autem qui in hirsuto hæserat tergo fugētis, mansit incolumis. MORALE.

Solet euenire, ut ipsi parentes filio, quem tenere amant, præ nimia indulgentia sint mali occasio & periculi eo, quē minus amarunt, præstante se strenuum ac probum.

De Boue & Iuuenco,

BOs iam grandis æuo quotidie trahebat aratrum, Iuuencus laboris expers, uicinis exultat in pascuis, ac tandem insultat fortunæ senioris. iactat sē iugi ac uinculi insciū, se liberum, se ociosū, illi attritum esse labore collum Deniq; se glabrum ac nitidum, illum esse hirtū ac squalidū. Senior tum quidē nihil contra, sed breui post tēpore uidet hūc insultorē duci ad aras, ac tū hisce uerbis affatur. Quo tua mollis uita peruenit? Securū istud ocium reddit ad securim. Iam saltem (ut opinor) potius suades mihi laborem q̄ me tuetur, quam ocium quod nunc te traxit ad necem.

MORALE.

Ad uitã recte gerẽdã opus ẽ labore & uigilãtia. Secors aũt & uoluptati dedctus, ſuarũ rerũ quẽ nolet ſortictur exitum.

De Cane & Leone.

Occurrit canis Leoni, iocatur: quid tu miſer exhauſtus inedia percurris ſyluas & deuia? Me ſpecta pinguem ac nitidum, atq; hæc non labore conſequor, ſed ocio. Tum leo: Habes tu quidem tuas epulas, ſed habes ſtolide etiam uincula. Tu ſeruus eſto, qui ſeruire potes, equidem ſum liber, nec ſeruire uolo.

MORALE.

Pulchre reſpõdit leo, quibuſlibet enim rebus potior ẽ libertas.

De Piſcibus.

Piſcis fluuialis ui fluminis correptus eſt in mare. Vbi ſuam efferens nobilitatem, omne marinum genus uili pendebat. Non tulit hoc phoca, ſed ait tunc fore iudicium nobilitatis, ſi cum phaca captus portetur ad forum: ſe emptum iri a nobilibus, illum autem a plebe.

MORALE.

Multi ſic capti ſunt libidine gloriæ, ut ſeſe ipſi prædicent & iactent. Sed laus ſui oris non datur homini laudi, at excipitur cum auditorum riſu.

De Pardo & Vulpecula.

Pardus cui pictum eſt tergum, cæteris feris etiam leonibus deſpectis, intumeſcebat. Accedit ad hunc uulpecula, ſuadet non ſuperbi re, dicens illi quidem ſpecioſam eſſe pellem, ſibi uero ſpecioſam eſſe mentem.

MORALE.

Discrimen est bonorum et ordo. bona corporis præstãt bonis fortunæ. Vtrisq; illis animi bona præferãtur oportet

APOLOGI EX CHILIADIBus ADAGIORVM ERASMI De sumpti ad communem puerorum fructum.

De Vulpecula & Pardale.

CVm aliquando Pardalis uulpem præ se cõtemneret, quod ipsa pellem haberet omnigenis colorum maculis uarie decoratam, respondit uulpes, sibi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute. MORALE.

Neq; uero paulo satius est ingenio præditum esse uafro, quam cute uersicolore.

De Vulpe & fele.

CVm aliquãdo uulpes in colloquio, quod illi erat cũ fele, iactaret sibi uarias esse technas, adeo ut uel pectam haberet dolis refertam: Feles autem respõderet sibi unicam duntaxat artem esse, cui fideret si quid esset discriminis. Inter confabulandum repente canum accurrentium tumultus auditur. Ibi feles in arborem altißimam subsiliit, cum uulpes interim à canum agmine cincta, capitur.

MORALE.

Innuit fabula præstabilius esse nonnunquam unicum consilium, modo it sit uerum & efficax, quam plures do-

los, consiliaq; friuola.

De Rege & Simijs.

REx quidam Aegyptius aliquot Simias instituit, ut saltandi rationem perdiscerent: ut enim nullum animal ad figurã hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos, aut melius, aut libentius imitatur. Artem itaq; saltandi protinus edoctæ, saltare cœperunt, insignibus indutæ purpuris, ac personatæ. Multaq; iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec è spectatoribus facetus quispiam, nuces, quas clanculum in sinu gestabat, in medium abiecit: ibi statim simiæ, simul atq; nuces uidissent, oblitæ choreæ, id esse ceperunt, quod antea fuerãt: ac repente e saltatricibus in simias redierunt. Contritisq; personis, delaceratis uestibus, pro nucibus inter se pugnabant, non sine maximo spectatorum risu. MORALE.

Admonet hæc fabula, fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium.

De Asino & Viatoribus.

DVo quidam cum in desertis locis asinum quempiam forte fortuna nacti essent, contendere inter se cœperunt, uter eorum, uti suum, domum abduceret. Nã utriq; pariter à fortuna uidebatur oblatus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. MORALE.

Quidam à præsentibus commodis, quibus ob insciitiam uti nesciunt, excidunt.

De Piscatoribus.

PIscatores aliquot iacto reti, testudines eduxerũt, eas cum essent inter sese partiti, neq; sufficerent omnibus comidendis, Mercurium forte accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens se neutiquã humanitatis gratia uocari, sed ut eos fastidito cibo sublcuaret, recusauit, iussitq; ut ipsi suas testidines ederent, quas cœpissent.

MORALE.

Nõnulli posteaquã incõsulte quispiã adorti sũt, alioru implorãt auxiliũ, quos suo negotio admisceãt. De Asino.

APud Cumanos asinus quispiam pertesus seruitutẽ, abrupto loro in syluam aufugerat, illic forte repertum leonis exuuium, corpori applicabat suo, atq; ita p leone sese gerebat, homines pariter ac feras uoce caudaq; territans. Nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquamdiu personatus hic asinus, pro leone immani habitus ac formidatus, donec hospes quispiam Cumas profectus, qui sæpe numero uiderat, & leonem et asinum: atq; ob id non erat difficile dignoscere, aurium prominentium inditio, neq; non aliis quibusdam coniecturis asinum esse deprehendit, ac probe fustigatum reduxit, dominoq; agnoscenti reddidit. Interim autem risum non mediocrem concitabat omnibus Cumanis asinus iã agnitus, quos dudum creditus leo, metu propemodũ exanimauerat.

MORALE.

Haud facile tegimus uitia, quæ a puero notiscũ adoleuerunt. De Scarabeo & Aquila.

SCarabeus aliquando spretus ab aquila, cœpit de uindicta quoquo pacto sumenda cogitare. Præuestigauit utinam Aquila nidum collocasset. Adrepsit Scarabeus, & oua simili dolo deiecit. Aquila cum sæpius domicilium cõmutasset, neq; quicquam proficeret, Iouem patronum adijt exponit calamitatem suam, is iubet, ut suo in gremio ponat oua, uel istic in tuto futura. Et huc per uestis lacinias, sinusq; prorepsit pertinax Scarabeus, haud quaquam sentiẽte Ioue. Deinde ubi uedet oua commoueri Iuppiter, neq; satis animaduertit, unde territus rei nouitate, excusso gremio, in terrã deiecit.

MORALE.

Monet hæc fabula, niminẽ quãtũuis pusillũ, cõtẽnendũ esse.

De Simijs & Pardale.

IN Maurusia Simiarũ ingẽs copia, Pardalis aũt animal est natura Simijs infestißimũ, quas tamẽ uiribus asseq̃ nõ potest, nimirũ illis in sũmas arbores subuolãtibus. His itaq; dolis in eas utitur. Sternit se supinã sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudẽt eo spectaculo Simiæ cõsidẽtes in arbore: deinde ubi iã mortuã arbitrãtur, unã aliquã emittũt exploraturã, nũ uere mortuus sit hostis Illa cautĩ ac pedẽtĩ accedẽs, ubi nullũ uitæ uidet argumẽtũ. Pardale nimirũ modis oĩbus cadauer imitãte, demũ audet etiã cõscendere. Quod simul ac reliquæ Simiæ cõspexerunt, iam deposito omni metu descendunt. & Pardalim omnia ferentem, circum sultãt. Postremo conculcantes ludibrij causa, donec sentiẽs illas iam saltãdo defatigatas, de

repente reuiuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatq; ac deuorat. MORALE.

Hostem simulantem uires deficere, summopere fugiendum esse.

De Satyro & Rustico, Aniani Fabula, Erasmo quoq; interprete.

SAtyrus quidam cum uehementer algeret, hyberno gelu supra modum seuiente, a rustico quodam inductus est in hospitium. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit cur ita faceret, is respondet, ut frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde ubi extructo foco, appositaq; mensa, in pultem feruidam rursum inflaret, magis etiã admiratus sciscitatus est, quid hoc sibi uellet: uti pultem, inquit ille, nimium feruẽtem halitu refrigerã. Tũ Satyrus surgẽs à mẽsa, quid ego audio inquit? Tum eodem ex ore pariter, & calidum & frigidũ efflas? Valebis, neq; enim mihi ratio est cum eiusmodi homine cõmune habere hospitium.

MORALE.

Notantur bilingues, qui eundem modo laudant, modo uituperant.

IS QVI EMENDANDIS IIS FABVLIS praefectus fuit, sequentes apologos ex uarijs, & bis optimis authoribus collegit, à pueris quoq; legerẽtur, qbus nũquã est hanc instructa, atq; copiosa bibliotheca.

EX SECVNDO NOCTIVM ATTICARVM GELLII,

Apologus, Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

AESOPVS ille è Phrygia fabulator, haud immerito sapiens existimatus est, cum quæ utilia monitu suasuq; erant nō scuere, nō imperiose præcepit, et cēsuit, ut philosophis mos est, sed festiuos delectabilesq; Apologos cōmentus, res salubriter, ac prosperiter animaduersas, in mentes animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra induit, uelut hæc eius fabella de auiculæ nidulo, lepide atq; iucunde præmonet, spem fiduciamq; rerum, quas efficere quis possit haud unquā in alio, sed in semetipso habēdam. Auicula inquit, est parua, nomē est cassita, habitat nidulaturq; in segetibus, id ferme tēporis ut appetit messis pullis iamā plumātibus. Ea cassita in semētes quoq; forte cōcesserat tēpestiuiores, præterea frumētis flaueſcētibus pulli etiam tūc inuolucres erāt. Cū igitur ipsa iret cibū pullis quæsitum, monet eos, ut si quid ibi nouæ rei fieret dicerent, animaduerterent idq; uti sibi ubi redisset, renuntiarent. Dominus postea segetum illarum, filium adulescentem uocat, & uides ne inquit, hæc ematuruisse, & manus iam postularet? Accirco die crastino, ubi primum diluculabit, fac amicos

adeas, & roges ut ueniāt, operāq; mutuā dēt, et messe hanc nobis adiuuēt. Hæc ubi ille dixit, discessit atq; ubi recidit, cassita, pulli trepiduli circūstrepere, orarecq; matrē, ut statī ad pperet, atq; aliū in locū sese asportet, nā dñs inquiūt, missitq; amicos rogaret uti luce oriēte ueniāt, et metāt. Mater iubet eos a metu ociosos esse, Si enim dñs inquit, messem ad amicos reiicit, crastino seges nō metetur neq; necesse ē hodie uti uos auferā, Die igitur postero mater in pabulū uolat, dñs quos rogauerat opperitur. Sol feruet & fit nihil & amici nulli erāt. Tū ille rursū ad filiū, amici isti inquit, magnā in partē cessatores sūt, quin potius imus, & cognatos, & affines, uicinosq; nostros oramus, ut adsint cras tempori ad metēdū. Itidē hoc pulli pauefacti matri nunciant. Mater hortatus ut tum quoq; sine metu, ac sine cura sint. cognatos, affinesq; nullos ferme tā esse obsequibiles ait, ut ad laborē capescēdū nihil cunctētur, & statim dictio obdiā. Vos modo inquit, aduertite, si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta, auis in pastū profecta est, cognati, et affines operam, quam dare rogati sunt, supersedent. Ad postremum igitur dominus filio, ualeant inquit, amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas, unam egomet mihi, & tu tibi capies alteram. & frumentum nosmet ipsi manibus nostris cras. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit, tempus inquit est cedendi, & abeundi, fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim iam uertitur cuia est res, non in alio, unde ge

*metemus.

ſitur. atq; ita Caſſita nidum migrauit, & ſeges a domino demeſſa eſt. Hæc quidem eſt Aeſopi Fabula, de amicorũ plerũq; & propinquorũ leui & inani fiducia. Sed quid aliud ſanctiores libri philoſophorum monent? quam ut in nobis tãtũ ipſis nitamur. Alia autẽ omnia quæ extra nos, extraq; noſtrum animum ſunt, neq; pro noſtris, neq; pro nobis duc amus, hunc Aeſopi Apologum. Quin. Ennius in Satyris, ſcite admodum & uenuſte uerſibus quadratis compoſuit, quorũ duo poſtremi iſti ſunt, quos habere cordi, et memoriæ, operæ pretium eſſe Hercle puto.

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum.
Ne quid expectes amicos, quod tu agere poſſis.

Fabella ex Lamia Politiani deſumpta.

AVes olim prope uniuerſæ noctuã adierũt, rogarũt, q; eam, ne poſt hac in ædiũ cauis nidificaret, ſed in arborũ potius ramis, atq; iter frõdes, ibi enĩ uernari ſuauius. Quĩ eidẽ quercũ modo enatã puſillã, tenellãq; adhuc oſtẽdebãt, in qua ſcilicet molliter ut arebant, et ſidere ipſa aliquãdo noctua, & ſuũ ſibi cõſtruere nidũ poſſet. At illa facturam ſe negauit. Quin inuicẽ cõſilium dedit vĩs, ne arbuſculæ illi ſe crederent. Laturam enim quandoq; eſſe utſcum, peſtem uidelicet auium. Contempſere illæ (ut ſunt leue genus, & uolaticum) ſapientis unius noctuæ conſilium. Iam quercus adoleuerat, iam patula, iam frondoſa erat. Ecce ibi aues illæ omnes gregatim ramis inuolitant luſcuiunt, ſubſultant, colludunt, cantillant. Interea quer-

cus ea uiscũ ptulerat: atq; id hões animaduerterãt, impli-
cita ergo repẽte oẽs pariter miſellæ, fruſtra eas ſera pœni-
tẽtia ſubijt, quod ſalubre illud cõſiliũ ſpreuiſſet. Atq; hoc
eſſe aiũt, cur nũc aues oẽs, ubiubi noctuã uiderit frequen-
tes eã quaſi ſalutãt, deducũt, ſectãtur, circũſidũt, circũuo-
litant. Etenim conſiliũ illius memores admirantur eam nũc
ut ſapiẽtem, ſtipãtq; denſa catcrua, ut uidelicet ab ea ſapere
re aliquando diſcant. Sed opinor fruſtra, imo uero etiã in
terdũ cũ magno ipſarum malo. Nam ueteres illæ noctuæ
reuera ſapientes erant. Nunc multæ noctuæ ſunt, quæ no-
ctuarum quidem plumas habent, & oculos & roſtrum, ſa-
pientiam uero non habent.

MORALE.

Bene monentis conſilia ne ſpernas, hæc fabula docet.

Apologus ex. 2. li. Pe. Cri. de honeſta diſciplina deſũptus

SAta eſt olim Cucurbita iuxta arborem Pinum, quæ
grandis admodum & ramis patulis extabat. Cucurbi-
ta uero cum multis pluuijs, atq; cœli temperamento cre-
uiſſet, laſciuire incipit, & ramulos audacius porrigere. Il-
ſerpebat in Pinum, iam ſurgere, iam ramos & frondes in-
uoluere audebat, ampliora folia, cadentes flores prægran-
dia poma, & uireſcentia oſtentans. Itaq; tanto faſtu, atq;
inſolentia intumuit, ut Pinum arborem auſa ſit aggredi,
& uides inquit, ut te ſupero amplis foliis, ut uirore præ-
ſto, & iamiam ad cacumen proſurgo. Tum pinus quæ ſe-
nili prudentia, & robore pollebat, nihil mirata eſt Cucur-

titæ insolentis audaciam, sed ita ad eam respondit. Ego hic multas hyemes, calores, æstus, uariasq; calamitates peruici & adhuc integra consisto. Tu ad primos rigores minus audacie habebis, cũ & folia cõcident, & uiror omnis abierit.

MORALE.

Secundis rebus non esse superbiendum.

Fabella de Coruo, & Lupis. Ex Ioanne Antonio Campo desumpta.

COruus lupos per arduа mõtium iuga comitatur, partem prædæ fieri postulat, qui eos secutus, nullo tempore destituisset, sociusq; fuisset. Repulsus deinde a lupis, tanquam non eos, sed prædam cibumq; secutus, nec minus luporum si occiderentur, quam cæterorum animalium exta fuisset uoraturus.

MORALE.

Non quid agamus semper inspiciendum est, sed quo animo cum agimus.

Altera de partu terræ, Ex eodem.

TVrgida olim facta tellus, & mirum in modum tumida, magnum aliquod paritura uidebatur. Accurrunt finitimi, stupent agriculæ, terræ partum inter spem, metumq; expectant, alij Typhoea illum Centimanũ, alij mõtes eruptura putabant. Aperitur terra, prodijt mus, & quod miraculo fore omnibus arbitrabatur in risum atq; iocum conuerterunt.

MORALE.

Non semper credendum promissis magnificis.

Apologus de Mẽbris, & uẽtre. Ex Plynio desũptus.

HVmani artus cũ uentrẽ ociosum uiderent, ab eo discordarũt, & suum illi ministeriũ negauerunt. Cum eo pacto & ipsi quoq; deficerent, intellexerunt uentrem cibos acceptos, per omnia membra diuidere, & cum eo in gratiã redierũt. MORALE.

¶ Magne res discordia pereũt, cõcordia ualẽt. De Arione et Delphino fabula elegãtissima. Ex li. XVI. A. Gellij.

VEtus et nobilis Ario cantator fidibus fuit. Is loco & oppido Methymnæus, terra atq; insula oĩ Lesbius fuit. Eũ Arionẽ rex Corinthi Periãder amicũ, anatũq; habuit artis gra. Is ĩ a rege pficiscitur terras inclytas Siciliã atq; Italiã uisere. Vbi eo uenit, aures q; oĩm mentes q; in utriusq; terræ urbibus demulsit. In questibus istic et uoluptatibus amoribus q; hominũ fuit. Is tũ postea grãdi pecunia et re bona multa copiosus, Corinthũ instituit redire. Nauẽ igitur et nautas, ut notiores, amitiores q; sibi Corinthios delegit. Sed eo corinthios hoĩ accepto, nauiq; in altum pecta, præde pecunieq; cupidos, cœpisse cõsiliũ de necando Arione. Tũ illũ ibi pnicie intellecta, pecuniam cæteriq; sua, ut haberẽt dedisse, uitã malo sibi ut parcerẽt, orauisse. Nautas precũ eius harũ cõmisertos esse illatenus, ut ei necẽ adferrẽt p uim suis manibus tẽperarent. Sed impetrauisse, ut ĩa statim desileret præceps in mare. Homo, inquit, illi territus spe omni uitæ perdita, id unum postea orauit, ut priusquã mortẽ oppeteret, inducere permitterent sua sibi indumẽta, & fides caperet, & canere carmẽ casus illius

bi cōsolabile. Feros et īmanes nauitas ꝓlubiū tamē audiēdi subit. Qd̄ orauerat impetrat. Atq; ibi mox de more cīctus ornatus, stāsq; in sūmæ puppis foro, carmē qd̄ Orthiū dicitur, uoce sublatissima cātauit Ad postrema cātus cū fidibus ornatuq; omni, sicut stabat, canebatq; eiecit sese ꝓcul in ꝓfundū. Nautæ haud quaq̄ dubitātes quī perisset, cursū quē facere cæperant tenuerūt. Sed nouū, & mirū & pium facinus cōtigit. Delphinū repente inter undas adnauisse, & dorso sup fluctus edito uectauisse. Incolumiq; cū corpore et ornatu. Tænarū in terrā Laconicā deuexisse fertur. Tū Arionē prorsus ex eo loco Corinthū petiuisse, talemq; Periandro regi, qualis delphino uectus fuerat, sese obtulisse, eiq; rem, sicuti acciderat narruisse. Regem istæc parū credidisse. Arionē quasi falleret, custodire iussisse. Nauitas requisitos, ab legato Arione, dissimulanter interrogasse, ecquid audissent in ijs locis, unde uenissent, super Arionem? Eos dixisse, hominē cū inde irēt, in terra Italia fuisse, eūq; illic bene agitare, & studijs, delectationibusq; urbium florere, atq; in gratia pecuniaq; magna fortunatum esse. Tum inter hæc eorum uerba Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse. Nautas stupefactos, conuictosq;, ire inficias non quisse.

MORALE.

Documento est hæc fabula, plus aliquando inueniri in brutis animalibus clementiæ, quē in ijs hominibus, qui præter opes nihil habēt pensi, præter figurā nihil humanitatis

NICOLAI GER

BELLII PHORCENSIS APOLOGVS Lepidissimus.

De Aranea & Podagra.

ARanea paululũ à texẽdo opere quietior animi relaxãdi gratia cõmodũ deãbulabat. Huic se obuiã præbuit podagra, tametsi passibus ambiguis admodũ ægre illã assequeretur. Eius diei itinere utcũq; emẽso nõ lõge aberant ab opidulo, cui regionis eius incolæ Tiche nomen indiderant. Vtriq; consiliũ fuit, conditionis suæ hospitẽ præuestigare. Aranea nõ maximopere data opera, in opulẽti cuiusdam ciuis ædes diuertit. Inibi quaquauersum telas suas præpandebat, prætẽdebatq; retia, aderant illico nescio qui trygodæmones, qui textrinam illius demoliebantur. Momentaneũ itaq; erat ipsius, quo etiã cũq; se uerteret. ædificiũ. Nusq̃ etenim scopariorũ oculatas scopas poterat effugere. Misera plane quæ in tanta rerũ oĩm affluentia, sola egebat proturbabaturq;. Podagra uero mendicabuli instar uix tandẽ egesto si cuiuspiã tuguriolum impetrarat. In id loci cũ debuisset, nihil non experiebatur miseriarũ. Apponebatur cœnaturiẽti panis cibarius, aridis uix faucibus hianti hydropoteriũ. Iamq; diurno itinere lassescenti, torus ligneus, nullis frondibus, nullo gramini, sed prætenuibus paleis insternebatur. Atqui dicere nõ est hu-

bus Iſtituti, q̃ cõuenerit male mẽbris mollibus, cuticulæ (ut ita dixerĩ) holoſericæ ſtragula tã dura, tã barbari uilli. oriẽ te igitur uix tãdẽ illo auguſto ſydere, qd̃ exaudit, qd̃ intuetur oĩa, cõuenere rurſum aranea ſimul, et Podagra. Prior aranea præterite noctis moleſtias, tot locorũ cõmutatiões denarrat. Nũc hero explãs mũdiciẽ, nũc nimiã ſcoparioru obſeruãtiã. Podagra cõtra de hoſpitis ſui egeſtate cõplura cõminiſcitur. Nec ociũ habet admõſtrare aranea liuidas ulices quas adamãtina ſulcra tenellæ cuticulæ ĩpreſſerãt. cõ ſiliũ iniũt, aranea deĩceps pauperũ tuguria, podagra uero diuitũ aulas debere ſub ingredi, in hãc aranea pedibus, podagra animis uidit ſentẽtiam. Verumtamẽ tenebris ianuam increſcẽtibus, urbi cuipiã ſeſe opproximant. Podagra inſtituti nõ immemor, pedetẽtim ſe in nũmoſi cuiuſdã domum illatebrauit. Qua cõmodũ ab hero conſpecta, Dij boni qua beneuolẽtia, qua humanitate, quibus nominibus excipitur. ſupponũtur, ſubſtruũturq; olorinæ culcitræ teralia perdicum ſubalaribus plumis referta. Taceo uinũ dulce, uinum nigrũ. Leſbiũ, Surrẽtinũ. Taceo ficedulas, phaſianos, atq; eas auiculas, quæ binis ſupbiũt cordibus. In ſũma, nihil deliciarũ, nihil uoluptatũ nõ exhauriebat. Aranea pauperis caſam ingreſſa, telas orditur quaquauorſum parietis interpatẽt, retia ſuſpendit. Orbiculari operi manibus, pedibusq; incumbit. Reficit abrupta, perficit intercepta. Et ut dicam breuiter, uacua dominatur in aula. Nullas inſidias nullius formidat inſultus. Imo uero etiã iam ſcopis ſupe-

rior omnibus. Non multo post podagra aranceam conuenit, delicias suas, felicitatem, fortunas ampliter exornat. Aranea miris laudibus extollit imperium suum ædificandi texendiq; libertatem. Placuit tandem hæc utriusq; sententia: Quorsumcunq; proficiscerentur, podagram in diuitum domos, aranceam in pauperum tuguria debere diuertere.

MORALE.

Apologus hic tametsi ad usus uarios accõmodari queat, id tamẽ in primis declarat, aliũ alio loco fortunatiorem esse. Præterea morborũ domicilia esse diuitũ aulas. Ad ultimũ, nusq; libertatẽ moiorẽ, quã ubi diuitiarũ minus.

Fabularum Æsopi Finis.

LAVRENTII ABSTEMII VIRI ELEgãtiss. & amœni ingenij Fabulæ elegantissimæ, nuper per clarissimum Poetam & Philosophum Gargetiũ emaculatæ

DOMICIVS PALLADIVS SOVRAnus Pollioni Vadio, sacerdoti uenerando. S.P.D.

Ampridem tuo sermoni de Abstemio frequẽti literarum concessu Pollio uenerande non inuitus interfui, cũ minime prætexatis (ut ita dicam) laudibus hominẽ celebrares, adeoq; in arcem euasisti, ut nemo sane (mea sententia) eum cumulatius laudare potuerit. Mox inde seeedens diu hæc omnia mecum animo uolutabam, unde tanta conflueret laudatio-

nis abundantia, unde tanta non uulgaris obseruatio emanaret, unde deniq; amicitia adeo pfecta exoriretur. Proculdubio non aliunde mecum tandem collegi, quam ex præclare eius uirtutis nomine proficisci, cuius quidem uis magna & præpotens est. Quamobrem non possum profecto non suspicere ingenium tuum amabile, tuumq; animum uirtutibus fultum diligentibus non admirari, qui neq; ambitione, neq; inuidia, neq; aliquo alio liuore deuincitur. Si qdem omnes, quas meretur Abstemius noster, laudes non transis silentio, imo ad alias ipsas cumulandas ob eius incredibilem eloquentiam, singularemq; doctrinam ultro accedis, idq; haud ab ore, cum pater omnium elegantiarum atq; idem lepórum omnium merito sit & habeatur. Et ut hæc clariora luce, non officij gratia, aut temere dicantur quotidie, quemadmodum aliqua eius laborum monumenta existere uidemus, que undiq; perfecta uerborum concinnitatæ, perspicacissimisq; sententijs scatent. Nam modo dicam de hoc Apologorum libello nuper impresso in quo perspicua ac in signis eius ingenij amœnitas non absq; laude maxima redundare uidetur.

Quare non uereor, ut is remisso cuiuscunq; animo pessũ eat, Abstemioq; (absit inuidia uerbo) omnium quam iucundissimo detrahatur. Cui & te & me ob tanti nominis celebritatem nulla unquam in re defuturos esse liquido constabat. Vale.

LAVRENTIVS ABSTEMIVS OCTAVIANO VBALDINO Comiti Mercatelli. S.P.D.

Hecatō pen. cor. ceritum latine dr: Mythos Latine fabula

EDiturus hunc Apologorum libellum, quem de numero fabularum Hecatomythium nuncupaui, multum diuq; dubitaui Octauiane Princeps inclyte, tuo ne cum nomini potissimum dedicarem. Nam cum tuam in me non sine plurimis beneficijs perspicerem beneuolentiam, non aliquid mearum uigiliarum tibi deuouere, ingratissimi hominis esse uidebatur. Rursus cum tuorū in me officiorū numerū, diuinasq; uirtutes tuas mecū ipse reuoluerem, indignū tantis meritis, tantaq; sapiētia munusculū hoc esse cernebā. Hāc tandē dubitationē meā amouit humanitas & prudentia tua, qua non tam res tibi dono datas, quā offerētium uoluntatē soles inspicere. Addidit quoq; mihi animū, Guidus Vbaldus clarissimus dux, & princeps meus omni laude maior, qui opusculū meū de nōnullis locis obscuris superiori anno ei dedicatū uultu ita placido & serena frōte suscepit, ut sperare merito possem, hoc tibi qualecūq; fore non ingratiū. Nō mediocriter etiam me incitarunt Georgius Emus pro Venetijs hic agens legatus non solum patritia nobilitate, uerum etiam bonarum artium studijs clarus, & Carolus Verallus Cæsenas Archidiaconus Cæsenæ, & Alexandri Pontificis maximi Cubicularius, uir omni litterarū genere pre-

stans necnon Renatus, melioratus et Robertus Vrsus Aurelianenses Iurisconsulti clarissimi, nec minus, quæ humanitatis uocãt studijs, eruditi. Hi enĩ, aliiq; cũplures optimi harum rerũ cẽsores, cũ hũc libellũ legissẽt, multis me uerbis sũt ad editionẽ cohortati. Nõ putaui igitur tã humano principi hoc munus ĩgratũ futurũ, qđ tot eruditis uiris ãte placuiss se cognouerã. Accipe igitur hoc quicquid est libelli ab Abstemio tuo, cuius mẽtẽ animũq; si penitus posses inspicere, in hac tenui re magnũ munus tibi iudicares oblatũ. Ne quis aũt inutilẽ et inanem hũc meũ scribẽdi laborẽ existimaret, præfaciũculã quãdã præponendã cẽsui, qua intelligeretur doctos etiã et claros uiros in magnis rebus hmõi fabulis nõ uoluptatis tãtũ uerũetiã utilitatis grã delectatos. Sedulo dedimus operã ut seria potius q̃ iocos saperẽt, unde ridiculas multas quæ inter cõponẽdũ sese mihi offerebãt, consulto præterij: qa nimis lasciuæ, et tãti prĩcipis grauamine mihi uidebãtur indignæ. Nõ tamen ita agrestis esse uolui, quin eas aliqua urbanitate aspergerem, maxime ad principem scribens, cum principes curarum mole pressi, solcant interdum recreandi animi gratia iocos appetere. Vale

Etũsdem Abstemij Procmium.

COgitanti mihi uaria scriptorum genera. Qui, ut humanæ uitæ prodessent, cogitationes suas literarum mandauere memoriæ, qui Apologos scripsere, non postremo loco digni esse uidẽtur. Non enĩ modo mortalium animos incredibili quadã afficiunt uoluptate, uerumetiã ad

res honestas, utilesq; pagendas suis fabellis magis q̃ Philosophi suis Præceptis alliciũt. rã ita lectiũ animos quadã iucũditate penetrãt, et quibusdã similitudinibus, quæ maxime ad cõmouẽdos animos ualẽt, quid uitãdũ, faciẽdũq; sit ostẽdũt, ut oẽs etiã inuiti, illis assentire cogãtur. Sẽsus enĩ audiẽdi fastidiosissimus, res etiã utiles honestasq; haud facile admittit, nisi fucrint aliqua urbanitate cõditæ. Testis q̃dã orator Athenieẽsis, q ad Athenieẽses uerba faciẽs, cũcos minus attẽtos uideret, rogauit, ut saltẽ fabulã audire dignarẽtur, quo impetrato, Ceres inquit, et hirũdo et anguilla simul iter faciẽtes, ad quẽdã fluuiũ peruenerũt. Hirundo quidẽ superuolauit, Anguilla aũt amnẽ tranauit. Quod quũ dixisset obticuit, interrogantibus aũt illis, quid Ceres egisset. Vobis inquit, Dea uestra succẽsuit, q eos qui uobis utilia suadẽt, audire nolẽtes, tã attẽtis auribus cõfabulãtes auditis. Quãtũ uim Apologi habeãt ad animos cõmouẽdos cũ multis possẽ, tribus ero cõtẽtus exẽplis ostẽdere. Samijs rectorẽ populi morti addicere uolẽtibus, Æsopus hac fabella dissuasit dicẽs. Vulpẽ quẽdã fluuiũ trãscurrẽtẽ in lacunã fuisse ꝓpulsã. Vnde cũ exire nõ posset, tenaci limo retẽta, muscarũ affligeretur aculeis. Quod Herinacius cõspicatus, misericordia motus est, interrogauitq; an uellet, ut abeas muscas abigeret. At illa abnuit dicẽs, hæ meo sanguine iam plenæ, paruã mihi possunt inferre molestiã, si aũt has abegeris, aliæ famelicæ superuenient, quæ quicq̃d mihi superest sanguinis, exhaurient. Ita ô uiri Samij uobis tucnie

De uulpecula & Herinacio

et, si em hūc rectorē uestrū illocupletē occideretis alios eligatis necesse est, q dū se opibus uolēt implere, quicquid hic uobis reliquit, cripiēt. His uerbis moti Samij, ab incœpto destitere. Hac ratiōe adductus Tybērius Cæsar, diurnos magistratus dabat: unde (ut refert Ioseph us sub eo p uigin ti annorū spatia, per duos tātū præsides, Gratū scilicet, & Pilatū est gubernata Iudæa. Nō parcit populis regnū breue, ut inquit Statius. Himerenses Phalaridem Agrigētinorū tyrānū ducē exercitus sui eligere uolētes, Stesichorus poeta hoc Apologo deterruit. Equus dicēs solus pascebat in prato, aduenientē aūt ceruo, et pascua corrūpētē, cōsulu it hominē, qua posset illū arte punire. Cui homo, si fœnum inquit, acceperis, et me armatū dorsū tuū ascēdere pmiseris. Cū huic cōsilio esset obsecutus, ceruū quidē hois auxilio uictor abegit. Sed nō āplius hoīm dorso, nō frenū depulit ore, Ita inquit, Stesichorus Viri Himerenses uobis euenient, si Phalaridem ducem efficietis. Hostes quidē uestros punietis, sed huic tyrāno ppetuo seruietis. Quibus uerbis territi Himerēses, huiusmodi ducis eligēdi cōsiliū deposuere. Cū populus Romanus ab Senatu secessisset, qd tributum et militiā tolerarent, nec ullo pacto reduci posset: nonne Agrippa Menenius cum hoc Apologo reuocauit? Olim inquiens Quirites, humani artus uentrem ociosum & desidem intuentes, ab eo discordarunt, nec amplius illi cibum ministrare decreuerunt. Sed cum ipsi quoq; alimenta illi denegando, quæ per omnia membra deferun-

De Equo & Ceruo fab

De Mēbris & Ventre.

tur, deficerent, cũ eo in gratiã redierũt. Eodẽ inquit modo Senatus et populus, quasi uenter et mẽbra alterũ alterius auxilio indigẽt, et ut discordia intereũt, ita cõcordia ualẽt Qua fabula populus reuocatus, cũ Senatu in gratiã redijt Nõ immerito igitur, nõ solũ Græci et Latini Poete, ut Hesiodus & Horatius, huiusmodi fabulas suis operibus inseruerũt, uerumetiã maximi et celeberrimi philosophi, ut Plato, Aristoteles, Plutarchus, et multi alij eas plurimũ commẽdarũt, et ad institutionẽ moralis & ciuilis uite nõ minimum facere arbitrati sũt. Quo circa omnibonus Leonicenus, et Laurentius Valla, ætatis nostre doctißimi, paucos Aesopi Apologos ê Greco in latinũ uertere, sibi laudi, cæteris uero uoluptati et utilitati fore nõ dubitarũt Et iure quidẽ. Legũtur enĩ, et indoctißimorũ uirorũ manibus quotidie uersãtur. Nõ uideo igitur cur has cõponẽdo fabulas laude fraudari debeã, quã cæteri Latini ex trãslatione cõsecuti sunt, nisi adeo inuidi simus, ut latinis licere nõ putemus, quod Græcis est cũ sũma oĩm laude concessum.

De Mure in cista nato. Fabula I.

AVS in cista natus, omnẽ fere ibi duxerat ætatem nucibus pastus, quæ in ea seruari solebãt Dũ aũt circa oras ciste ludẽs decidisset, quereretq; ascẽsũ, reperit epulas lautißime paratas. quas cũ gustare cœpisset, quã stultus, inquit hactenus fui, qui in toto terrarum orbe nihil melius cistula mea esse credebam. Ecce q̃ suauioribus hic uescor cibus.

Hæc fabula indicat, nõ ita patriã diligendã, si ignobilis sit, ut alia nõ adeamus loca, cũ alibi beatiores esse possimus.

De rustico impetrãte, ut triticũ absq; aristis nascerctur. II

IMpetrauerat à Cerere rusticus quidã, ut triticũ absq; aristis nasceretur, ne metentiũ triturantiũq; manus læderet. quod ubi inaruit, à minutis auibus depastum est. Tũ rusticus, q̃ digna inquit patior, qui paruæ cõmoditatis causa, emolumenta q̃ maxima perdidi. ❧ Fabula indicat parua incommoda maiori utilitate pensanda.

❧ De accipitre, columbam insequente. III.

CVm accipiter columbã præcipiti insequeretur uolatu, uillã quandã ingressus, à rustico captus est. Quẽ blande, ut se dimitteret, obsecrabat. Non enĩ te lesi dicens. Cui rusticus, nec hæc respondit, te lesera. ❧ Fabula indicat merito puniri, qui innocentes lædere conantur.

❧ De aranea & hirundine. IIII.

ARanea in hirundinem excandescẽs, quæ muscas, qui suus est cibus, capiebat. retia in foribus, per quas uolitare solebat, ut eã caperet, suspenderat. Hirũdo uero aduolãs, retia cũ textrice per acra portabat. Tunc aranea in aere pendẽs, et se iãiã peritura intelligẽs, q̃ iuste hæc patior dicebat, quæ minima uolatilia magno labore uix capiẽ credidi tam magnas aues posse comprehendere.

Hæc admonemur fabula, ne uiribus maiora aggrediamur.

❧ De rustico amnẽ transituro. V.

RVsticus torrentẽ transiturus, qui forte imbribus ex-

creuerat, quærebat uadū. Et cū primū eā fluminis partem tentasset, quæ quietior, placidiorq; uidebatur, reperit eam altiorē, quā aīo erat opinatus. Rursus ibi breuiorē, tutiorēq; adinuenit, ubi moiori aquarū strepitu fluuius decurrebat. Tūc secum: Quam tutius inquit, clamosis aquis, quam quietis, & silentibus uitā nostrā credere possumus.

Hac admonemur fabula, ut minus uerbosos et minaces q̄ quietos extimescamus. De Columba & Pica. VI

COlumba interrogata a pica, quid eam induceret, ut ī eodem semper loco nidificaret, cū eius pulli inde sibi semper surriperentur? simplicitas respondit.

Hæc indicat fabula, facile esse uiros probos sæpe decipi. De Cuculo & accipitre. VII.

IRrisus ab accipitre cuculus, q̄ cū sibi & corpore par et colore nō absimilis esset, præ āgustia aī potius uermibus terrenis, q̄ suauibus aliarū auiū carnibus uesceretur. uidit paucis post diebus accipitrē a rustico, cuius colūbas insectabatur captū et metu cæterorū ex alta turre pēdere Cui cuculus: Quā melius tibi inquit, amice fuisset, uernes uenari q̄ alienas aues impetere.

Hæc fabula indicat, eorū uitā tutiorē esse, et magis probādā, q̄ suis rebus sine periculo cōtēti sūt, q̄ illorū q̄ aliena appetētes adeūt magna uitæ discrīa. De Asino et uitulo. 8

ASinus & uitulus in eodem pascentes prato, sonitu campanæ hostilem exercitum aduentare præsēserāt Tū uitulus, fugiamus hinc ō sodalis inquit, ne hostes nos

captiuos abducant. Cui asinus, fuge tu inquit, quem hostes occidere & esse cõsueuerunt, asini nihil interest, cui ubiq; eadem ferendi oneris est proposita conditio.

Hæc fabula seruos admonet, ne dominos magnopere mutare formident, mõ prioribus deteriores futuri nõ sint.

☞ De uulpe & mulieribus gallinã edentibus. IX.

VVlpes iuxta uillam quandam transiens, conspexit cateruam mulierum plurimas gallinas optpare assatas, alto silentio comedentem. ad quas conuersa, Qui clamores, inquit, & canum latratus contra me essent, si ego facerem, quod uos facitis? Cui respondens quædam anus, pessima animalium inquit: Nos quæ nostra sũt comedimus, tu uero aliena furaris.

Hæc fabula nos admonet, ne putemus nobis in aliena licere, quod propriis dominis licet.

☞ De caponibus pinguibus & macro. X.

VIr quidam complures capones in eodem Ornithoboscо incluſos, largo nutricauerat cibo, qui pingues effecti sũt oẽs præter unũ, quã ut macilẽtũ irridebãt fratres. Dñs nobiles hospites, lauto & sluptuoso acceptu-rus cõuiuio, iperat coco, ut ex his ĩterimat, coquatq; quos pinguiores inuenerit. Hoc audiẽtes corpulenti, sese afflictabant dicentes, quanto præstitisset nos macilẽtos esse.

Hæc fabula in pauperum solamen consicta est, quorũ uita tutior est, quam diuitum.

☞ De trabe & bobus eam trahentibus. XI.

TRabs ulmeae bobus conquerebatur dicens: Ingrati ego multo tempore meis uos frondibus alui, uos uero me nutricem uestram per saxa & luta trahitis. Cui boues, gemitus suspiriaq; nostra, & stimulus, quo pungimur & docere possunt, quod te trahamus inuiti.

☞ Haec nos docet fabula, ne in eos excandescamus, qui nō sua sponte nos laedunt.

☞ De arboribus pulchris & deformi. XII.

ARbores complures in eodē creuerant loco procerae rectae, enodesq;, preter unā humilē, paruā, nodosāq; quam ut deformē, pusillāq; caeterae ludibrio habere solitae erāt. Aedificaturus domū loci dns, iubet oēs excidi, praeter eam, quae breuitate, & deformitate sua, aedificiū indecorū redditura uidebatur. Caeteris excisis, deformis haec secum dicebat. De te nō amplius quererar naturāq; me turpem genuerit, cū formosis tam magna uidebā imminere discrimina

☞ Haec fabula nos admonet, ne doleamus nos natos esse deformes, cum multis formositas saepe nocuerit.

☞ De cygno in morte canēte reprehēso a ciconia, XIII.

CYgnus moriens interrogabatur à ciconia, cur in morte, quā caetera animalia adeo exhorrent, multo suauiores q̄ in omni uita emitteret sonos, cum potius moestus esse deberet. Cui cygnus: quia inquit, neq; cibi querendi cura amplius cruciabor, neq; aucupū laqueos extimescam.

☞ Haec fabula nos admonet, ne mortē formidemus, quia omnes uitae miseriae praeciduntur.

De muliere uirum morientem flente, & patre eam consolante. XIIII.

MVlierem adhuc iuuenẽ, cuius uir animã agebat, pater consolabatur dicens: Ne te afflictes, tantope, fili, alium enim uirum tibi inueni, isto longe formosiorem, qui prioris desyderium facile mitigabit. At mulier doloris impatiens, ut quæ maritũ ardẽti amore pscquebatur, nõ modo uerba parẽtis nõ admittebat, sed intẽpestiuã alterius mariti mẽtionẽ accusabat. At ubi maritum defunctũ uidet, inter lachrymas & luctus parẽtẽ interrogat, an adsit ibi iuuenis ille, quẽ sibi in utrũ dare uelle se dixerat.

Fabula indicat q̃ cito defunctorum maritorum amor exorum animo excidere soleat.

De muliere amatoris discessum flente. XV.

MVlier impudica amatorẽ suũ abeuntẽ, quẽ oĩbus secre rebus spoliauerat, multis lachrymis pscquebatur. Interrogãte aũt eã uicina, cur ita inconsolabiliter fleret: nõ discessũ eius, inquit, sed palliũ qd̃ ei reliqui, sico.

Fabula indicat, nõ amatores, sed eorũ bona a meritricibus amari.

De musca, quæ quadrigis insidẽs, puluerem se excitasse dicebat. XVI.

QVadrigæ in stadio currebant, quibus musca insidebat. Maximo aũt puluere, tũ equinorum pedum pulsu, tum rotarum uolutatione exorto, dicebat musca, quam magnam uim puluueris excitaui.

Hæc fabula ad eos spectat, qui cum ignaui sint, alienã

tñ gloriã suis magnificis uerbis in se trasferre conantur.

De Anguilla conquerente, quod magis quam serpens infestaretur. XVII.

ANguilla interrogabat serpentẽ, quare cũ similes essẽt atq; cognati, hoẽs tamẽ se potius, q̃ illũ insequerẽtur. Cui serpens, quia rarus inquit me lædit impune.

Fabula indicat minus lædi solere, q sese ulciscuntur.

De Asino, Simia, & Talpa. XVIII.

COnquerenti Asino, quod cornibus careret, Simiæ uero quod cauda sibi deesset, tacete inquit Talpa, cum me oculis captam esse uideatis.

Hæc fabula ad eos pertinet, qui non sunt sua sorte contenti. Qui si aliorum infortunia consyderarent, æquiori animo tolerarent sua.

De Nautis, sanctorũ auxilium implorãtibus. XIX.

NAuta quidam in mari subita & atra tempestate deprehensus, cæteris eius socijs diuersorum Diuorũ auxiliũ ĩplorãtibus, nescitis ĩquit, quid petatis. Ante enĩ q̃ sancti isti ad Deum pro nostra liberatione se conferant, hac imminenti procella obruemur. Ad deum igitur confugiendum censeo, qui absq; alterius adminiculo, à tãtis malis nos poterit liberare. Inuocato igitur Dei omnipotentis auxilio, illico procella cessauit.

Fabula indicat, ubi potentioris auxilium haberi potest, ad imbecilliores non confugiendum.

De Piscibus è Sartagine in prunas desiliẽtibus. XX.

Pisces adhuc uiui ī sartagine feruēti oleo coquebātur quorū unus, fugiamus hīc fratres īquit, ne pereamus Tunc cēs pariter e sartagine exiliētes, in ardētes prunas deciderūt. Maiori igitur dolore affecti, damnabāt cōsilium qd̄ cœperāt, dicētes. Quāto atrociori nūc morte perimus

☞ Hæc nos admones fabula, ut ita præsentia uitemus pericula, ne incidamus in grauiora.

☞ De Quadrupedibus societatem aduersus Aues cum Piscibus ineuntibus, xxi.

Quadrupedes cum bellum sibi ab Auibus esset indictum, cum Piscibus fœdus inierunt, ut eorū auxilio se ab auiū furore tuerētur. Cū aūt optata expectarēt auxilia, Pisces negant per terram ad eos accedere posse.

☞ Hæc nos admonet fabula, ne eos nobis socios faciamus qui cum opus sit nobis adesse non possint.

☞ De Legato auaro Tubicines decipiente. xxii.

Quidam auarus pro patria legatus, in aliam urbem profectus erat. Cui tubicines præsto affuerunt ut illius aures turbarum clangore, loculos autem suos pecunia implerent. Quibus ille renuntiari iubet, non esse nunc locum cantibus, se in summo luctu & mœrore constitutum, matrem enim suam obisse. Tubicines autem spe frustrati, & mœsti abeunt. Amicus quidam legati audiens luctum ad eum uisendum consolandumq; accedit, interrogatq; q̄ diu mater eius obisset. Quadraginta iam anni sunt, inquit Tunc amicus intellecta legati stropha, in risum effusus est.

Hæc fabula ad auaros facit, qui omni arte student conseruare pecuniam.

De uiro, qui ad Cardinalem nuper creatum gratulandi gratia accessit. XXIII.

VIr quidam facetus admodū, et urbanus, audiēs amicū suū ad Cardinalatus dignitatē assūptū, ad eū gratulādi gratia accessit. Qui honore tumidus, amicū ueterē agnoscere dissimulās, quisnā esset interrogabat. Cui ille ut erat ad iocos promptus: Misereſco inquit tibi, cete: isq; q ad huiusmodi honores peruenīūt. Quā primū eni dignitates eiusmodi estis assecuti, uisum, auditūq;, et cæteros sensus ita amittitis, ut pristinos amicos amplius non dignoscatis.

Hæc fabula eos notat, qui in altum sublati, ueteres deſpiciunt amicitias.

De Iuuene Senis curuitatem irridente. XXIIII.

IVuenis quidā conspicatus senē in arcus tensi similitudinē curuū, interrogauit an sibi arcū uellet uēdere? Cui ille Ecqd, est tibi opus pecunia amittere? Si enī ad meā puentis ætatem, absq; pecunia arcum tibi natura concedet.

Hæc fabula indicat minime irridenda uitia senilis ætatis, quam nemo uiuendo effugere potest.

De Sene Puellam in uxorem accipiente. XXV.

VIr quidam imprudens exacto septuagesimo uitæ anno, Puellam duxerat in uxorem, qui ad id tempus in cœlibatu permansisset. Cui cum debitum soluere non posset dicere solebat: Quam male uitam mei

am disposui. Iuueni enim mihi uxor deerat, nunc autem se nex desum uxori.

Hæc fabula innuit, omnia suo tempore peragenda.

De Aquila & Pica. XXVI.

PIca Aquilã rogabat, ut se inter suos familiares et domesticos acciperet, quãdo id mereretur tum corporis pulchritudine, tum ad mãdata peragenda linguæ uolubilitate. Cui Aquila, hoc facerẽ respondit, ni uererer, ne quæ intra tegulam fiunt, tua loquacitate cũcta efferres.

Hæc fabula monet linguaces et garrulos domi nõ habẽdos

De Turdo amicitiã cũ Hirũdine incunte. XXVII.

GLoriabatur Turdus se amicitiã cõtraxisse cũ Hirundine. Cui mater, stultus es fili inquit, si credis cũ ea posse cõuiuere, cũ uterq; uestrum diuersa soleat appetere loca. Tu enim frigidis, illa tepidis delectatur locis.

Hac moncmur fabula, ne eos nobis faciamus amicos quorum uita a nostra dissentit.

De Rustico & Mure. XXVIII.

RVsticus quidam erat admodum pauper, sed adeo facetus, ut ne calamitatis quidem tempore natiui leporis obliuisceretur. Is cum uillam suam casu, igne iniecto, ita ardentem uideret, ut aliquo modo ignem extinguere posse diffideret, mœstus spectabat incendium. Interim cernit murẽ quẽda, qui uilla egressus, periculũ quã ocyssime fugiebat, Oblitus dãnorũ Rusticus cucurrit, & murem

corripiens, illum in medium iecit incendium, dicens: Ingratum animal tempore fœlicitatis mecum habitasti, nunc quia fortuna mutata est, uillam meam deseruisti.

Fabula indicat eos nō esse ueros amicos, q arridēte fortuna â latere tuo nō discedūt, turbata aūt præcipiti abeūt cursu

De Heremita uirgine ægrotante. XXIX.

INsitum est â natura omni animātium generi, ut rei uenereæ libidine incitētur, a qua si quid homines q coruo alborariores sūt, se abstinere uolūt, sæpe in graues morbos incidere solēt. Quidā igitur Heremita ab ipsa adulescētia ita titillationes carnis euicerat, ut usq; ad quītū et uigesimum ætatis annum uirgo permaneret. Cum autem in eam ætatē grauissime ægrotare cœpisset, medici nullum aliud salutis eius remediū se inuenire dicebāt, nisi ut cum aliqua muliere coiret, Diu heremita recusauit, mori se potius uelle dicēs, q̄ uirginitatē, rē tā præclarā, et deo maxime gratā amittere. Assueti enī uirtutibus, ægre illas a se discedere patiūtur. Victus tādē precibus et cupiditate uitæ, quanihil homini sanæ mētis dulcius est, adductæ sibi mulieris infusus gremio, placidū petiuit per mēbra soporem. Expergrectus aūt uehementer angebatur, & tantam uim lachrymarum effundebat, ut omnes qui aderant, illius misererentur. Quisq; igitur cum solari, & ut bono animo esset, hortari, quoniā deus clementissimus pater ei ignosceret, quia non uoluptatis, sed recuperandæ sanitatis causa opus tale patrasset: At ego inquit istud nō fleo, sed quod tātā dulce-

dinem citius expectus non sum.

Hæc indicat fabula humanũ naturã adeo peccatorũ illecebris delectari, ut uitiorũ uoluptatẽ facile uirtutũ amaritudini anteponat. De diuite quodã & Seruo. XXX.

VIr erat diues, seruum habens tardi ingenij, quem regem stultorum solebat nuncupare. Ille his uerbis sæpius irritatus, statuit Hero par referre. Semel enim in horum conuersus, utinam inquit, rex stultorum essem, in toto enim terrarum orbe, nullum meo latius esset imperiũ, & tu quoq; meo subesses imperio.

Fabula indicat omnia plena esse stultorum.

De uidua uirum petente. XXXI.

VIdua quædam diues a uicina petebat, ut maritum sibi repeteret, quem non coitus gratia, qui ingratus admodũ sibi erat, sed ne bona sua dilapidarẽtur, exoptare se dicebat. Mulier sagax, et uiduæ uersutias intelligẽs se inquisituram pollicetur. Paucis post diebus uidua conueniens, reperi inquit, tibi uirũ ex animi tui sẽtentia. Est enim uir prudẽs, & ad res gerendas natus, et genitalibus caret quæ tibi cordi nõ sunt. Cui uidua abi hinc inquit, in malum rem, cum isto marito tuo tam illepido, & si enim coitus appetens non sum, uolo tamen habeat, quod nos reconciliet, si quando cœperimus esse discordes.

Hæc fabula indicat nullũ matrimonium fœlix, si clauus defuerit, qui uirũ & mulierẽ arctissime constringit.

De Canibus urbanis uillaticum.

insequentibus. XXXII.

CAnes cõplures urbani, quendã uillaticũ præcipiti in sequebãtur cursu, quamdiu ille fugit, nec repugnare ausus est. At ubi ad insequẽtes cõuersus substitit, et dẽtes ipse quoq; ostẽdere cœpit, oẽs pariter substiterũt nec aliqs urbanorũ illi ppinquare audebat. Tũc imperator exercitus q forte ibi aderat, ad suos cõuersus milites Cõmilitones inquit, hoc spectaculũ nos admonet, ne fugiamus, cũ presẽtia fugiẽtibus, q̃ repugnãtibus uideamus imminere pericula.

De Anu Dæmonem accusante. XXXIII.

VOlũt homines ut plurimũ, quãdo sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi, infortunã uel in dæmonẽ culpam cõferre, ut se crimine exuant, adeo oẽs sibi indulgent. Hoc dæmõ egre ferẽs, cũ uideret anũ quãdã arborẽ ascẽdẽtẽ, ex qua illã ruiturã et in se culpã collaturã præuidens accitis testibus dixit. Videte anũ illã absq; meo cõsilio arborem ascendẽtẽ, unde cã casurã esse pspicio. Estote mihi testes, me ei nõ suasisse, ut soleata illuc ascẽderet. Mox anus cecidit, et cũ interrogaretur cur soleata arborẽ ascẽdisset. Dæmon inquit, me impulit. Tunc dæmon adductis testibus probauit id ab Anu absq; suo factum esse consilio.

Fabula indicat homines minime uenia dignos, qui cum libere peccent, fortunam uel dæmonem accusant.

De Testudine & Ranis. XXXIIII.

TEstudo constricata Ranas, quæ in eodem stagno habitabant, adeo leues, agiles, ut facile quo libet

prosilirent, & longissime saltarent, naturam accusabat. qđ se tardū animal, & maximo impiditū onere procreasset: ut neq; facile se mouere posset et magna assiduo mole præmeretur. At ubi uidit Ranas anguillarū escam fieri, & cuiusq; cūq; uel leuissimo ictui obnoxias, aliquātulū recreata dicebat. Quāto melius est onus, quoad omnes ictus munita sū, ferre, quam tot mortis subire discrimina. Hæc fabula indicat, ne egre feramus dona naturæ quæ maiori nobis cōmodo sæpe sūt q̄ nos intelligere ualeamus.

De Gliribus quercum eruere. uolentibus. XXXV.

GLires quercū arborē glandiferā dētibus eruere desti, naucrūt, quo paratiorē haberent cibū, ne uictus gratia toties ascendere et descēdere cogerētur. Sed qdam ex eis, qui ætate, & usu rerū ac prudētia cæteros longe antebat, eos absterruit dicens. Si nutricē nostrā nūc interficiemus, qs futuris ānis nobis ac posteris nostris alimēta præbebit. Fabula hæc monet, uirū prudētem debere nō modo præsentia intueri, uerūctiam futura longe prospicere.

De Cane & Hero. XXXVI.

CAnem quidam habens, quo magis ab illo diligeretur, semper cum suis pascebat manibus, ligatumq; soluebat. Ligari autem & uerberari iubebat a seruo, ut beneficia à se, maleficia autem a seruo in illum uiderentur esse collata. Aegre autem ferens canis se assidue ligari uerberariq; aufugit: & cum increparetur a domino ut ingra-

tus, & tantorum beneficiorum immemor, qui se fugisset a quo semper dilectus, pastusq; fuisset, ligatus autem uerberatusq; nunquam, respondit. Quod seruus tuo iussu facit, a te factum puto. Hæc fabula indicat eos malefactores habendos, qui maleficiorum causa fuere.

De Auibus Scarabeos timentibus. XXXVII.

MAgnus timor Aues incesserat, ne Scarabei arcu pilarieas occiderent, a qbus magnã pilarũ uim in sterquilinio sũmo labori fabricatã audierũt. Tũc passer, nolite inquit, expauescere. Quomodo enĩ pilas in nos ꝑ aera uolãtes iacere poterũt, cũ eas per terrã magno molimine uix trahant. Hæc fabula nos admonet, ne hostium opes extimescamus quibus deesse uidemus ingenium.

De Vrso & Apibus. XXXVIII.

VRsus ictus ab ape, tanta ira percitus est, ut aluearia in quibus apes mellificauerant, tota unguibus discerperet. Tũc apes uniuersæ, cũ domos suas dirui: cibaria auferri, filios necari uiderẽt, facto impetu aculeis ursũ inuadẽtes, pene necauere. Qui ex earũ manibus uix elapsus secum dicebat, quãto melius erat, apis unius aculeũ tolerare quã tot in me hostes mea iracũdia concitare. Hæc fabula innuit lõge melius interdũ esse, iniuriã unius sustinere quãdũ unum punire uolumus, multos nobis inimicos cõparare.

De Aucupe & Fringilla. XXXIX.

AVceps tetenderat uolucribus retia, largamq; illis in aera effuderat escam, pascentes tamen aues non

capiebat, quia sibi uidebantur paucæ, quibus pastis ac auolantibus, aliæ pastum adueniunt. Quas quoq; propter paucitatem capere neglexit. Hoc per totum diem ordine seruato, ac alijs aduenientibus, illo semper maiorem prædam expectante. Tandem aduesperascere cœperat: tũc Auceps amissa spe multas capiendi, cum iam tempus esset quiescẽdi attrahens retia, unã tantum fringillã, quæ infœlix in acra remanserat, cepit. Hæc fabula indicat, qui omnia cõprehendere uolunt, sæpe pauca uix capere posse.

De Milite & Equo. XL.

Miles equũ habens optimũ, emit alium nequaquam illi bonitate parẽ, quẽ multo diligentius quã priorem nutricabat, tũc priori sic ait. Cur me dñs quã te impensius curat? cum tibi neq; pulchritudine, neq; robore, neq; uelocitate comparandus sim. Cui ille: Est hæc inquit, hominum natura, ut semper in nouos hospites, benigniores sint. Hæc fabula indicat hominum amentiam qui noua etiã si deteriora sint, solent ueteribus anteponere.

De Sue & Cane. XLI.

Sus irridebat canem odoriscquum, qui domino mure, mure & cauda adularetur, a quo ad artem aucupatoriam, multis uerberibus, auriumq; uellicationibus fuerat instructus. Cui canis: Nescis inquit, insane nescis, quæ exuerberibus illis sim consecutus? per ea enim suauissimis perdicum coturnicumq; carnibus uescar.

Hæc fabula nos monet, ne iniquo feramur animo præce-

ptorũ uerbera, quæ multorũ bonorũ causa esse cõsueuere.

De Trabe, Boum pigritiam increpante. XLII.

TRabs q̃ curru uehebatur, boues ut lẽtulos increpabat, dicẽs. Currite pigri, onus eni leue portatis, Cui boues: Irrides nos respõderũt, ignara q̃, te pœna maneat. Onus hoc nos cito deponemur, tuũ aũt tu quoad rũparis, sustinere cogeris. Indoluit trabs, nec ãplius boues cũ uitijs lacescere ausa est. Hæc fabula quẽlibet monet, ne aliũ insultet calamitatibus, cũ ipse possit maioribus subiacere.

De Carduele & Puero. XLIII.

CArduelis auis interrogata à puero, quo in delitijs habita, & suauibus & largis cibis nutrita fuerat, cur cauea egressa, regredi nollet, ut meo inquit, me arbitratu, non tuo pascere possim. Hæc fabula indicat uite libertatem cunctis delitijs anteponendam.

De Scurra & Episcopo. XLIIII.

SCurra quidã Calẽdis Ianuarij ad Episcõpũ quẽdam diuitẽ quidẽ, sed auarũ, accedẽs, numisma aureũ strenæ nomine petijt. Antistes insanire homine dixit, q̃ crederet tantã pecuniã sibi in strenã dari. Tũc scurra nũmũ argẽteũ efflagitare cœpit. Sed cũ ille hoc quoq; nimiũ sibi uideri diceret, ereũ quadrãtẽ, ut saltẽ sibi traderet orabat. Sed cũ ne hũc quoq; posset ab episcopo extorq̃re. Reuerẽde inquit pater, saltẽ benedictione tua me ꝓ strena imperti. Tũc Episcopus flecte inquit, genua fili, ut te benedicã. At ego inquit scurra, benedictionem istam tuam tam uilem nolo.

Si eũ nũmũ æreũ ualeret, cã mihi nũq̃ pfecto cũce deres.
Hæc fabula, cõtra eos Episcopos et sacerdotes cõficta est, q̃ diuitias et opes pluris faciũt, q̃cũcta ecclesiæ sacra, atq; mysteria,

De upupa indigne honorata. XLV.

INuitatæ ferę pẽs aues ad aquilæ nuptias, indigne ferebãt upupã cæteris præferri, quia corona ĩsignis esset. et uersicoloribus pennis ornata, cum semper inter stercora & sordes solita esset uolutari. Hæc fabula stultitiam eorũ arguit, qui in boĩbus honorãdis potius uestitũ, nitorem, præstãtiamq; formæ quã uirtutes, moresq; solcãt attendere.

De sacerdote & pyris. XLVI.

SAcerdos quidam gulosus extra patriã ad nuptias profiscẽs, ad quas fuerat inuitatus, reperit in itinere pyrorum aceruũ, quorũ ne unũ quidẽ attigit, quã uis magna affectus fame. Quin potius ea ludibrio hãs lotio cõsperſit indignabatur enĩ hmõi cibos sibi in itinere offerri, qui ad lautas accedebat epulas. Sed cũ in itinere torrẽtem quẽdã ita imbribus auctum offendisset, ut sine uitæ periculo, eum transire non posset, domũ redire constituit. Reuertens aũt ieiunus, tanta est oppressus fame, ut nisi pyra illa, q̃ urina cõsperserat comesset, cũ aliud nõ ĩueniret, extinguerẽtur

Hæc fabula monet nihil esse contemnendum, cum nihil sit tã uile & abiectũ, quod aliquando usui esse non possit.

De mulo & equo. XLVII.

MVlus cõspiciẽs equũ auro, freno, ephippioq; ĩsignẽ & purpureis opertũ phaleris, rumpebatur inuidia

illũ beatũ reputãs, q continue optimis uesceretur cibis, & decoro amiciretur ornatu: se aũt præ illo infelicẽ, q clitellis male dolatis oppressus, quotidie maxima onera ferre cogeretur. At ubi uidit equũ pugna redeuntẽ, multis affectũ uulneribus, præ illius calamitate se fœlicẽ appellabat, lõge melius esse dicẽs, quotidiano labore durũ uictũ q̃ritare, & turpiter uestiri q̃ post optimos et delicatos cibos, et tãtos ornatus, mortis adire discrimina. Hæc fabula monet regibus et prĩcipibus minime inuidẽdũ, quia diuitijs et opibus abũdent, ut cũ uitam eorũ lõge pluribus ꝑiculis, q̃ pauperũ uideamus esse subiectã. ❧ De porco & equo, XLVIII.

Porcus cõspiciẽs equũ bellatorẽ, q cataphractus ad pugnam ꝓdibat. Stulte inqt, quo ꝓperas? in pugna enĩ fortasse morieris. Cui equus: At tibi inter lutũ sordesq; ĩpugnato, quãuis nihil dignũ laude gesseris, cultellus adimet uitã, mortẽ uero meã comitabitur gloria. Hæc fabula innuit honestius esse rebus præclare gestis occũbere, q̃ uitã turpiter actã ꝓtrahere. ❧ De coriario emẽte pellẽ ursi a uenatore nondum capti. XLIX.

Coriarius ad uenatorẽ accedẽs, emit ab eo pellem ursi pecuniãq; pro ea protulit. Ille sibi in præsentia pellẽ ursi nõ esse, ceterũ postridie uenatũ profecturum. Vrsoq; interfecto, pellem illius et se daturũ pollicetur. Coriarius animi gratia cum uenatore in syuã profectus, altissimam arborẽ ascendit, ut inde ursi, uenatorisq; certamẽ prospiceret. Venator intrepidus ad antrum ubi ursus latebat

profectus, immissis canibus, illū extre cōpulit, qui euitato uenatoris ictu, eū ꝓstrauit humi. Tūc uenator sciēs hāc feram in cadauera nō sæuire, anhelitu retēto, se mortuū simulabat. Vrsus naribus admotis olfaciēs, cū illū nec naso, nec corde spirātē deprehēderet, abscessit. Coriarius cū ferā abesse ꝓspiceret, ac nihil āplius adesse periculi, ex arbore se deducēs, et ad uenatorē, qui nōdū surgere audebat, accedēs, illū ut surgeret monebat, interrogauit dēde quid ad aurē ei ursus locutus esset. Cui uenator, monuit me inquit, ne deinceps ursi pellē uēdere uelim, nisi cū prius ceperim. Hæc fabula indicat, incerta ꝓ certis nō habēda.

De Heremita & milite. L.

HEremita quidā uir sāctissime uitæ militē hortabatur, ut relicta seculi militia, q̄ absq; dei offēsa, et āiæ discrimine pauci exercēt: tandē se corporis traderet q̄ti, et āæ cōsuleret saluti. Cui miles, facia inqt, qđ mones pater Verū enim est, q̄ hoc tēpore milites, neq; stipendia exigere ualēt, licet exigua sint, neq; prædari possint. Fabula indicat multos uitijs renūtiare quia āplius exercere nō possūt.

De uiro & uxore bigamis. LI.

VIr quidā defuncta uxore, quam ualde dilexerat duxit alteram, & ipsam uiduā, quæ assiduc ei prioris mariti uirtutes, fortiaq; facinora obijciebat. Cui ut par referret, ipse quoq; defunctæ uxoris mores probatissimos, pudicitiamq; insignem referebat. Quadā aūt die uiro irato pauperi eleemosynā petenti, partē caponis quē in cœnam

utrisq; coxerat, dedit dicēs: Do tibi hoc pro anima prioris uiri. Quod audiēs maritus, accersito paupere, reliquū caponis dedit dicēs: & ego quoq; do tibi hoc pro aīa uxoris meæ defunctæ. Sic illi, dū alter alteri nocere cupiūt, quid cœnarēt tamē non habuirūt. Hæc fabula monet, nō esse cōtra eos pugnādū, q̄ se possunt optime uindicare.

De Leone & Mure. LII.

LEo laqueo captus in sylua, cum se ita irretitū uideret ut nullis uiribus se inde posse explicare cōsideret, murem rogauit, ut abroso laqueo cum liberaret, promittens tanti beneficij se non immemorem futurum. Quod cū mus prompte fecisset, leonē rogauit ut filiam eius sibi traderet in uxorem. Nec abnuit leo, ut benefactori suo rem gratam faceret. Noua aūt nupta ad uirum ueniēs, cū eum non uideret, casu illum pede pressit, atq; contriuit.

Hæc indicat fabula, matrimonia & cætera consortia improbanda, quæ ab imparibus contrahuntur.

De Vlmo & Silere. LIII.

VLmus in ripa fluminis nata, silere sibi proximū irridebat, ut debile & inualidū, qđ ad omnē uel leuissimū undarū impetū flecteretur: suā aūt firmitatē & robur magnificis extollebat uerbis, q̄ multos ānos assiduos amnis impetus incōcussa ptulerat. Semel aūt maxima undarū uiolentia, ulmus pfracta trahebatur ab equis. Cui silere ridens, inquit: Cur me deseris uicina, ubi est nūc fortitudo tua?

Fabula significat, sapientiores esse qui potentioribus

se, cedunt, q̃ qui resistere uolentes, turpiter superantur.

De cera duritiem appetente. LIIII

CEra ingemiscebat se mollẽ, et cuicunq; leuissimo ictu penetrabilẽ ꝓcreatã. Vidẽs aũt lateres ex luto multo molliori factos, intãtam duritiẽ ignis calore peruenisse, ut multa ꝓdurarẽt secula, se iecit in ignẽ, ut eandẽ duritiẽ cõsequeretur. Sed statim igne liq̃facta, cõsumpta est. Hæc admonemur fabula, ne appetamus qđ est nobis natura denegatũ.

De agricola militiã et mercaturã affectãte. LV

AGricola quidã ægre ferebat se assidue terrã uolucre, nec ꝓpetuis laboribus ad magnas diuitias peruenire, cũ nõnullos uideret milites, q̃ actis prælijs ita rẽ auxerãt, ut bene induti incederẽt, et lautis epulis nutriti, beatã agerẽt uitã. uẽditis igitur ouibus, capris, ac bobus, equos emit, et arma, et in militiã ꝓfectus est, ubi cũ ab imperatore suo male pugnatũ esset, nõ solũ quæ habebat ꝓdidit, sed etiã pluribus uulneribus affectus est. Quare dãnata militia mercaturã exercere statuit, ut ubi magis lucrũ, et minorẽm laborẽ extimabat. Prædijs igitur uẽditis, cũ nauẽ mercibus impleuisset, nauigare cœperat: sed cũ in alto esset, tẽpestate subito coorta, nauis submersa est, & ipse cũ cæteris, qui in ea erãt ad unũ oẽs periere. Hæc fabula monet quẽlibet sua arte esse contentũ, cum ubiq; sit parata miseria.

De Asino & scurra. LVI.

ASinus indigne ferens, scurram quendam honorari, & pulchris uestibus amiciri, quia magnos uen-

tris edebat sonos, ad magistratus accessit, petens ne se minus quam Scurram honorare uellent, & cum magistratus admirantes eum interrogarent, cur se ita honore dignum duceret, inquit, quia maiores quam scurra crepitus uētris emitto, eosq; absq; fœtore. Hæc fabula eos arguit qui in rebus leuissimis, suas pecunias profundunt.

De amne suum fontem conuitijs lacessente. LVII.

AMnis quidam suum conuitijs fontem lacessebat, ut ĩcrtem quod immobilis staret, nec ullos haberet pisces, se autem plurimū cōmendabat, q; optimos crearet pisces, & per ualles blando murmure serperet. Indignatus fons in Amnem uelut ingratum, undas repressit. Tūc Amnis & piscibus & dulci sono priuatus euanuit.

Hæc fabula eos notat, qui bona quæ agunt, sibi arrogant, non deo attribuunt, a quo largo fonte nostra bona procedunt.

De Viro maligno, & Dæmone. LVIII.

VIr malignus, cum plurima perpetrasset scelera, & sæpius captus, & carcere conclusus, arctissima & peruigili custodia teneretur, Dæmonis auxilium implorabat, qui sæpenumero illi affuit, & e multis eum periculis liberauit. Tandem iterum deprehenso & solitum auxilium imploranti, Dæmon magnum calceorum pertusorum fascem super humeros habens, apparuit dicens: Amice, amplius tibi auxilio esse non possum, tot enim loca pro te liberando hactenus peragraui, ut hos omnes calce,

os contriuerim. Nulla mihi superest pecunia, qua alios ualeam comparare. Quare pereundum est tibi.

Hæc admonet fabula, ne existimemus nostra semper imponita fore peccata.

De Auibus plures Reges eligere uolentibus. LX.

AVes cõsultabãt de pluribus regibus eligẽdis, cum aquila tãtos uolucrũ greges sola regere non posset, fecissẽtq; uoto satis, nisi cornicis monitu a tali cõsilio destitisset, quæ cũ causã rogaretur cur nõ plures reges duceret eligẽdos, quia difficilius inqt, plures, quã unus saccus implẽtur. Hæc fabula docet, longe melius ab uno quã a multis principibus gubernari.

De Muliere, quæ pro uiro se mori uelle dicebat. LX.

MAtrona quædã admodũ pudica, & uiri amantissima ægre ferebat Maritũ aduersa ualetudine detineri. Lamẽtabatur, ingemiscebat, & ut suũ in uirũ amorẽ testaretur, rogabat mortem, ut si maritũ sibi esset ereptura, se potius quã illũ uellet occidere. Inter hæc uerba mortẽ cernit horribili aspectu ueniẽtem, cuius timore perterrita, ut iam sui uoti pœnitens: Nõ sum ego inquit, quẽ petis, iacet ibi in lecto, quem occisura uenisti.

Hæc fabula indicat, neminem esse adeo amantem amici qui non malit sibi bene esse quam alteri.

De Adulescente in funere Matris canente. LXI.

VIr quidam defunctam uxorem quæ ad sepulchrum efferebatur, lacrymis & fletibus prosequebatur.

Filius uero eius canebat, q cũ a patre ĩcreparetur ut amẽs & insanus, q in matris funere cãtaret, cũ una secũ mœstus esse, & flere deberet, inquit: Pater mi, si sacerdotes ut canerent cõduxisti, cur mihi irasceris gratis concinenti: Cui pater: Nõ tuum inquit, & sacerdotum est idem officium.

Fabula indicat non omnia omnibus decora.

De Viro zelotipo, qui uxorem dederat custodiendam. LXII.

VIr zelotipus, uxorem quẽ parũ pudice uiuere cõperetat, cuidã amico, cui plurimũ fidebat, dederat custodiẽdam, ingentẽ pollicitus pecuniã, si eam ita diligenter obseruaret, ut nullo modo coniugalẽ uiolaret copulam. At ille ubi aliqd dies expertus, custodiã hãc nimis difficilẽ et ingeniũ suũ uersutia mulieris uinci cõperisset, ad maritũ accedens, dixit se amplius nolle hãc tam durã gerere prouinciam, quãdoquidẽ ne Argus quidẽ, q totus oculeus fuit mulierem inuitam posset custodire. Addidit præterea, si necesse sit, malle se anno integro saccum plenum pulicibus quotidie in pratum deferre, solutoq; sacco, eos inter herbas pascere, uesperęq; facto, omnes domum reducere, quã una die impudicam mulierem seruare.

Hæc fabula indicat, nullos custodes esse ita diligentes qui impudicas mulieres ualeant custodire.

De Viro clysteria recusante. LXIII.

VIr quidam natione Germanus, diues admodũ ægrotabat, ad quem curandum plures accesserãt medici

(ad mel enim cateruatim conuolant muscæ) quorũ unus inter cætera dicebat, opus esse clysteribus, si uellet conualescere, quod cũ uir huiusmodi insuetus medicinæ audiret, furore pcitus, medicos domo eijci iubet, dicẽs eos esse insanos, qui cum caput sibi doleret, podici uellent mederi.

Hæc fabula innuit omnia etiam salutaria, insuetis & inexpertis aspera & obfutura uideri.

De Asino ægrotãte, & Lupis uisitantibus. LXIIII.

ASinus ægrotabat, famaq; exierat eum cito moriturũ ad eum igitur uisendum, cum lupi, canesq; uenissẽt peterentq; a filio, quomõ pater eius se haberet. Ille per hostij rimulam respondit. Melius q̃ uelletis.

Hæc indicat fabula, quod multi fingunt moleste ferre mortẽ aliorum, quos tamẽ cupiũt celeriter interire.

Qd̃ Nuci, Asino, et Mulieri ꝓsunt uerbera. LXV.

MVlier quædã interrogabat Nucem secus uiam natam quæ a prætereũte populo saxis impetebatur, quare esset ita amens, ut quo pluribus maioribusq; uerberibus cæderetur, eo plures, præstantioresq; fructus ꝓcrearet. Cui iuglans, es ne inquit, ꝓuerbij immemor ita dicẽtis Nux, Asinus, Mulier, simili sunt lege legati.

Hæc tria nil recte faciunt, si uerbera cessent.

Hæc fa. innuit, sæpe hoẽs ꝓprijs iaculis se solere cõfodere

De Asino laborũ finem non inueniente. LXVI

ASinus Hyberno tempore plurimũ angebatur, qd̃ nimio afficeretur frigore, & durũ palearũ habe-

ret uictū, quare uernā tēperiē, et teneras herbas optabat. Sed cū Ver aduenisset, cogereturq; a dño, q̄ figulus erat, argillā in areā et ligna ad fornacē, indeq; lateres, imbrices tegulas ad diuersa loca deferre, pt. sus Veris, inquo tot labores tolerabat, æstatem omnibus uotis expetebat, ut dñs messe impeditus, eū quiescere pateretur. Sed tūc quoq; cū messes in aream, et inde domum triticum ferre compelleretur, nec quieti locus sibi esset, Autumnum saltem laborum finem fore sperabat. Sed ubi ne tūc quoq; malorū terminū adesse cernebat, cum quotidie uinū, poma, ligna portanda essent, rursus hyemis niues et glaciem efflagitabat, ut tunc saltem aliqua sibi requies a tātis laboribus concederetur.

Hæc fabula indicat, nulla esse præsentis uitæ tempora quæ non perpetuis sint subiecta laboribus.

De Mure, qui cum Fele amicitiam contrahere uolebat. LXVII.

MVres cōplures in cauo parietis cōmorātes cōtēplabātur felem, quæ in tabulato capite demisso et tristi uultu recūbebat. Tūc unus ex eis hoc animal inq̄t, benignū admodū, et mite uide, Vultu enī ipso sāctimoniam quandā præfert, uolo ipsū alloq̄, cū eo indissolubilē nectere amicitiam. Quæ cū dixisset, & ꝓpius accessisset, a fele captus & delaceratus est. Tūc cæteri hoc uidentes, secū dicebāt: Non est profecto, non est uultui temere credendum.

Hæc fabula innuit, nō ex uultu, sed ex operibus homines iudicandos, cū sub ouili pelle sæpe atroces lupi delitescāt.

De asino, qui hero ingrato seruiebat. LXVIII.

ASinus q uiro cuidã ingrato multos ãnos inoffẽso pede seruierat, semel ut fit, dũ sarcina pressus esset graui, et salebrosa icidit uia, sub onere ceciderat. Tũc dñs implacabilis multis uerberibus surgere cõpellebat, pigrũ aĩal et ignauũ nũcupãs. At ille miser ĩter uerbera hæc secũ dicebat. ĩfælix ego q̃ ingratũ sortitus sũ herũ. Nã q̃uis ei multo tpe sine offẽsa seruierĩ, tñ nõ hoc unũ delictũ, tot meis pristinis beneficijs cõpensat. Hæc fabula in eos cõficta est q beneficiorum sibi collatorũ immemores, etiã minimam benefactoris sui in se offensam, atroci pœna ꝓsequuntur.

De Lupo suadẽte histrici, ut tela deponeret. lxix.

LVpus esuriẽs in histricẽ intẽderat animũ, quẽ tñ qa sagittis undiq; munitus erat, ĩuadere nõ audebat. Excogitata aũt eũ ꝑdẽdi astutia, illi suadere cœpit pauco tpe tãtũ telorũ onus tergore portaret, quãdoqdẽ ne aliqd sagittarij, nisi cũ prælij tẽpus ĩstaret, portarent. Cui histrix, aduersus lupũ inqt, semp præliãdi tẽpus esse credẽdum est.

Hæc fabula innuit uirum sapientem oportere aduersus inimicorum & hostium fraudes semper esse monitum.

De Mure liberante Miluum. lxx.

MVs conspicatus miluum laqueo aucupis implicitũ misertus est auis, quamuis sibi inimicæ, abrosisq; dente uinculis, euolandi uiam ei fecit. Miluus tanti immemor beneficij, ubi se solutum uidit, murem nil tale suspicãtem corripiens unguibus, & rostro lacerauit.

Fabula indicat malignos uiros huiusmodi gratias suis benefactoribus solere rependere.

De Cochlea petente ab Ioue, ut suam domum secum referre posset. LXXI.

CVm Iuppiter ab exordio mūdi sīgulis animalibus munera quæ petissēt, elargiretur. Cochlea ab eo petiit, ut domū suā posset circūferre. Interrogata a Ioue, quare tale ab eo munus exposceret, quod illi graue et molestū futurū erat. Malo inqt, tā graue onus ppetuo ferre, quā cū mihi libuerit, malū uicinū nō posse uitare. Fabula indicat, malorū uicinitatem omni incommodo fugiendam.

De Erinacio, Viperā hospitem eijciente. LXXII.

ERinacius hyemē aduētare præsētiēs, blāde Viperā rogauit, ut in ppria illius cauerna aduersus uim frigoris locū sibi cōcederet. Qd cū illa fetisēt. Erinacius huc atq; illuc se pvoluēs, spinarū acumine uiperā pūgebat, et uehemēti dolore torquebat. Illa male secū actū uidēs, qn Erinaciū suscepit hospitio, blādis eū uerbis, ut exiret orabat: quādoquidē locus ambobus esset angustus. Cui Erinacius: sexcat inqt, q hic manere nō potest, quare uipera sentiens ibi locū ibi nō esse, illi cessit hospitio. Fabula indicat eos in cōsortia nō admittendos, qui nos possunt eijcere.

De Lepore sese Vulpi præferente ob pedum uelocitatem. LXXIII.

LEpus sese dignum reputabat, qui uulpi præferentur, quoniam longe illam pedum pernicitate superabat.

tunc uulpes; At ego inquit, ingenium sum sortita præstantius, quo sæpius quã tu pernicitate tua, canes eludo.

Hæc indicat fabula, corporis uelocitatem & uires, ab ingenio longe superari.

De Sene ob impotentiã libidinem carnis relinquente. lxxiij.

VIr quidã sãctitate præditus singulari, senẽ quemdã admonebat ut tandẽ uitiũ libidinis dimitteret, cui uehemẽter insudarat. Cui senex: obtẽperabo inqt pater sãcte sãctissimis optimisq; admonitionibus tuis. Nã usũ Veneris admodũ mihi obesse setio, et uirga amplius non arrigitur.

Fabula indicat, multos nõ amore uirtutis & dei, sed timore pœnæ, & impotẽtia consuetis uitijs solere desistere

De Agricola quodam & Poeta. lxxxV

AGricula qdã ad poetã accedẽs, cuius agros colebat, cũ eũ inter libros solũ offendisset, interrogauit eum, quo pacto ita solus uiuere posset. Cui ille. Solus inqt tãtũ esse cœpi, postq; te huc cõtuliſti. Hæc indicat fabula, eruditos uiros, q doctissimorũ uirorũ turba cõtinue stipãtur tũc solos esse, cum inter illiteratos homines fuerint.

De Lupo, ouis pelle induto, q gregẽ deuorabat. 76.

LVpus ouis pelle indutus, ouium se immiscuit gregi, quotidieq; aliquã ex eis occidebat. Quod cum pastor animaduertisset, illum in altissima arbore suspendit interrogantibus autem cæteris pastoribus, cur ouẽ suspendisset dicebat, pellis. qdẽ ut uidetis, est ouis, opera autẽ erãt lupi.

Hæc indicat fabula, homines nõ ex habitu, sed ex ope-

ribus iudicandos, quoniam multi sub uestimẽtis ouium, sæpina faciũt opera.

De patre filium ad uirtutes frustra hortante. 77

PAter qdã filiũ uitijs deditũ, multis hortabatur uerbis ut derelicta uitiorũ uia, uirtutibus inuigilaret, quæ ei laudẽ et decus erãt parituræ. Cui filius, frustra inqt pater ad hæc faciẽda hortaris: multos enĩ prædicatores (ut aiũt) audiui, q lõge te melius ad uirtutũ hortabãtur uiã, nũq̃ tñ eorũ admonitionibus obsecutus sum. Fabula indicat uiros malignæ naturæ nullius hortatu a uitijs uelle desistere.

De Cane oues domini sui occidẽte, a quo suspensus est. LXXVIII.

PAstor qdã cani oues suas dederat custodiẽdas, optimis illũ pascẽs cibis At ille sæpe aliquã ouẽ occidebat, quod cũ pastor anĩ aduertisset, canẽ capiẽs, eũ uolebat occidere. Cui canis: Quid me inqt, pdere cupis? sũ unus ex domesticis tuis, ĩterfice potius lupũ q cõtinue tuo insidiatur ouili Imo inqt pastor, te quã lupũ morte dignũ magis puto: ille enĩ palã se meũ hostẽ pfitetur. Tu uero sub amicitiæ specie, quotidie meũ imminuis gregẽ. Hæc innuit fabula, longe magis puniendos, qui sub amicitiæ specie nos ledunt quam qui aperte se nostros inimicos profitentur.

De Ariete cum Tauro pugnante. LXXIX

ARies quidam inter lanigeros erat, tanta cornuũ & capitis firmitate, ut cæteros arietes statim facileq̃ superaret. Quare cũ nullũ amplius arietem inueniret, q oc

cursati sibi auderet obsistere, crebris elatus uictoriis, taurũ ausus ad certamẽ ꝓuocare. Sed primo cõgressu, cũ in taurinã frõtẽ arietasset, tã atroci ictu repcussus est ut fere moriẽs hæc diceret. Stultus ego: qd egi? Cur tã potẽtẽ aduersariũ ausus sũ lacessere, cui me ĩparẽ creauit natura. Fabula indicat, cũ potẽtioribus nõ esse decertãdũ

De Vidua & Asino uiridi. LXXX.

VIdua q̃dã cœlibatũ exosa, nubere cupiebat, sed non audebat, uerita uulgi irrisiones, q maledictis eas solet ĩcessere, q̃ ad secũdas trãseũt nuptias. Sed cõmater eius q̃ cõtemnẽde essẽt populi uoces, hac arte mõstrauit, iussit enĩ asinũ albũ, quẽ uidua habebat, uiridi colore depingi, et ꝑ oẽs urbis uicos circũduci. Qd̃ dũ fieret, tãta admiratio ab initio oẽs ĩuaserat, ut nõ solũ pueri, uerũetiã senes hac re insolita moti, asinũ animi gratia cõcomitarẽtur. Deinde cũ hmõi animal quotidie ꝑ urbẽ duceretur, desierũt admirari. Itidẽ inqt ad uiduã cõmater, euenĩet tibi. Si enĩ uirũ acceperis, ꝑ aliquot dies eris fabula uulgi. deĩde hic sermo cõticescet. Hæc fabula ĩdicat, nullã rẽ esse tãta dignam admiratiõe, q̃ diuturnitate tẽporis nõ desinat esse miraculũ

De Aquila filios Cuniculi rapiente. LXXXI.

AQuila in altissima arbore nidulata, catulos cuniculi, q lõge inde pascebãtur, in escã pullorũ suorum rapuerat q̃ cuniculus blãdis orabat uerbis, ut suos sibi filios restituere dignaretur, at illa eũ, ut pusillũ et terrestre aĩal, et ad sibi uocẽdũ ĩpotẽs arbitrata, eos ĩ cõspectu mr̃is ũguibus dila-

cerare, et pullis suis epulādos apponere nō dubitauit. Tūc cuniculus filiorū morte cō motus, hāc iniuriā minime impunitā abire pmisit, arborē enī q nidū sustinebat, radicitus effodit. Quæ leui impulsu uētorū pcidēs, pullos Aquile adhuc implumes, et inuolucres, in humū deiecit: q a feris depasti, magnū doloris solatiū cuniculo præbuerūt. Hæc indicat fabula, neminē potētia sua fretū, imme illiores debere despicere, cū aliqñ īfirmiores potētiorū iniurias ulciscātur

De Lupo pisce fluuij maris Regnum affectātur. 82.

IVpus piscis erat in amne quodā, q pulchritudine magnitudine, ac robore cæteros eiusdē fluminis pisces excedebat. Vnde cuncti eū admirabātur, & tanquā regē præcipuo psequibantur honore. Quare in superbiā elatus maiorē principatū cœpit appetere: relicto igitur amni, in quo multos ānos regnauerat, ingressatus ē mare, ut eius regnū sibi uendicaret. Sed offendēs delphinū miræ magnitudinis, qui in illo regnabat, ita ab illo insectus est, ut aufugiēs uix amnis ostiū ingrederetur, unde amplius nō est ausus exire

Hæc fabula nos admonet, ut rebus nostris contenti, ea nō appetamus, quæ nostris uiribus sunt longe maiora.

De Oue pastori conuiciante. lxxxiij.

OVis conuiciabatur pastori, quod non contētus lacte quod in usum suū, filiorūq; ab ea mulgebat, insuper illam uellere denudaret. Tunc pastor iratus, filium eius trahebat ad mortē. Ecquid inqt, ouis peius mihi facere potes? Vt te inquit pastor, occidā, et lupis canibusq; proijciā

deuorandam, siluit ouis maiora ad huc mala formidans. Hæc fabula indicat, nõ debere hoĩes in Deum excandescere, si diuitias, si filios ipsis permittat auferri, cum etiã maiora & uiuentibus et mortuis possit inferre supplicia.

De Auriga & rota currus stridente. lxxxiiij.

AVriga ĩterrogabat currũ, quare rota, quæ erat deterior, strideret, cũ cæteræ idẽ nõ facerẽt. Cui currus: ægroti inqt sẽp morosi, et queruli esse cõsueuerunt. Hæc indicat fabula, mala solere hoĩes ad q̃rimoniã semper impellere.

De uiro amicos experiri uolẽte. LXXXV.

VIr quidã diues admodũ et liberalis, magnã habebãt amicorũ copiã, quos ad cœnã sæpissime inuitabat, ad quã libẽtissime accedebãt. Volẽs aũt experiri, an in laboribus et piculis sibi fideles essẽt, oẽs pariter cõuocauit dicẽs, obortos sibi inimicos, ad quos perdẽdos ire statuerat. Quare correptis armis secũ irẽt, ut illatas sibi ulciscerentur iniurias: tũc oẽs præter duos sese excusare cœperunt. Cæteris igitur repudiatis, illos tãtũ duos in amicorũ numero habuit, quos deĩde singulari amore ꝓsecutus est. Hæc indicat fa. aduersã fortunã amicitiæ experimẽtũ esse q̃optimum.

De uulpe carnẽ leporis cane laudãte. 86

VVlpes cum fugaretur a cane, & iamiam esset capienda, nec ullam aliam euadendi uiam inuenire se posse cognosceret. Quid me inquit, o canis perdere cupis cuius caro tibi usui esse non potest. Cape potius leporem illũ (non procul enim lepus aberat) cuius carnẽ suauissimã

mortales esse commemorant. Canis igitur motu? consilio uulpis, omissa uulpe, leporē insecutus est: quē tñ ob incredibilē eius uelocitatē capere nō potuit. Paucis post diebus lepus conueniens uulpem, uehemēter eā accusabat (uerba enim eius audiuerat) q̄ se cani demonstrasset. Cui uulpes: Quid me accusas lepus? quæ te tantopere laudaui: quid diceres, si te uituperassam? Hæc indicat fabula multos mortales sub laudationis specie aliis perniciē machinari.

De lepore calliditatem, & uulpe celeritatem a Ioue petentibus. LXXXVII.

IEpus et uulpes a Ioue petebāt: hæc, ut calliditati suæ pedū celeritatē: ille, ut uelocitati suæ calliditē adiungeret. Quibus Iupiter ita respōdit: Ab origine mundi e sinu nr̄o liberalissimo sīgulis amantibus sua munera sumus elargiti. Vni aūt oīa dedisse, aliorū fuisse iniuria. Hæc innuit fabula, deū singulis sua munera ita esse æquali lance largitū, ut quisq; esse debeat sua sorte cōtētus.

De equo inculto sed ueloci, & ceteris eum irridentibus. LXXXVIII.

EQui cōplures ad Circēses ludos fuerāt addicti pulcherrimis phaleris ornati, præter unū, quē cæteri ut incultū, et ad huiusmodi certamē ineptū irridebāt, nec unquā suctorē futurū opinabātur: Sed ubi currēdi tēpus aduenit, et data tuba signo, cūcti e carceribus exiliere, tū demū inuituit quāto hic paulo āte irrisus, cæteros uelocitate superaret. Oīb⁹ enī aliis post se lōgo īteruallo relictis palmā assecutū ē

Fabula indicat, nõ ex habetu, sed ex uirtute hoẽs iudicãdos

De rustico ꝑ uocẽ hœdi ad iuriscõsultũ admisso. lxxxix

RVsticus quidã graui lite implicitus, ad quẽdã Iuriscõsultum accesserat, ut eo patrono sese explicaret. At ille negotijs impeditus, renũtiari iubet, se nõ posse nũc illi uacare, quare abiret alias rediturus, Rusticus, q huic ut ueteri, fidoq; amico plurimũ fidebat, pluries rediẽs, nunq̃ admissus est. Tãdem hœdũ adhuc lactãtẽ et pinguẽ, secũ deferens, ante ædes iurisperiti stabat, et hœdũ uellicãs, illũ balare cogebat. Ianitor, q ex præcepto heri dona portantes statĩ admittere solebat, audita hœdi uoce, ianuã ilico aperiẽs, hominẽ introire iubet. Tũc rusticus ad hœdũ cõuersus gratias ago, hœdule mi, q tã faciles mihi has effecisti fores,

Fabula indicat, nullas res tam duras, difficilesq; esse, quas munera non aperiant.

De adolescente ex coitu infirmo, & lupo. XC.

ADolescẽs quidã uxorẽ duxerat, & ipsam quoq; adolescentulã, formosam admodũ, & libidinosam, cuius effrenæ libidini dũ satisfacere cupit, ita lumbos exhausit, ut paucis diebus macilentus fieret, & mortuo magis quam uiuo similis uideretur: non ingredi, non stare, non aliquod opus facere poterat, ut senex quidam apricatione gaudebat. Dũ ergo in aprico stans loco, calore solis sese calefaceret, accidit ut uenatores, qui lupum fuerant insectati, illac iter haberent, quos cũ adolescẽs interrogaret, cur lupũ nõ ceperãt: ob incredibilem inquiũt illius uelocitatẽ, illũ asse-

nõ potuimus. Tũc ait adoleſcẽs: Vxorẽ pfecto hic lupus habere nõ debet: ſi enĩ uxori iũctus eſſet, nũquã tãta pcdũ pnicitate polleret. Hæc indicat fabula, neminẽ eſſe adeo robuſtũ et fortẽ, quẽ nimius ueneris uſus nõ infirmũ et debilẽ reddat.

De ſene iuuenẽ poma ſibi ſurripienti ſatis deïciente. XCI.

SEnex qdam iuuenẽ ſibi poma ſurripientẽ, blãdis orabat uerbis, ut ex arbore deſcẽdere, nec rcs ſuas uellet auferre. Sed cũ incaſſũ uerba fũderet, iuuene eius ætatem ac uerba cõtemnẽte, nõ in uerbis tantũ inqt, uerũ ctiã in herbis audio eſſe uirtutẽ. Herbas igitur uellere, et in illũ iacere cœpit. Qd iuuenis cõſpicatus in uehemẽtem riſum effuſus eſt, et ſenẽ delirare arbitrabatur, q crederet cũ ex arbore herbis poſſe depellere. Tũc ſenex oĩa experiri cupiens quãdo inquit, uerborũ & herbarũ uires, aduerſus raptores meorũ rerum nullæ ſunt, lapidibus agam, in quibus quos dicunt eſſe uirtutem, lapidesq, quibus gremiũ impleuerat, in iuuenem iaciens, illum deſcendere et abire coegit.

Hæc fabula indicat, omnia prius ſapienti tentanda, ad armorum confugiatur auxilium.

De luſcinia cantũ accipitri pmitta pollicẽte. XCII.

LVſcinia ab accipitre famelico comprehenſa, dumq do ſe ab eo deuorandam intelligeret, blande eum rogabat, ut ſe dimitteret, pollicita pro tanto beneficio, ingentem mercedem ſeſe relaturam. Cum autem accipiter eam interrogaret, quid gratiæ ſibi referre poſſet. Aures

inqt tuas, melli fluis cātibus demulcebo. At ego inqt accipi ter, malo mihi uētrē demulceas: sine tuis enī cātibus uiuere, sine cibo nō possū. Hæc fabula innuit, utila iucūdis anteponēda.

De leone porcū sibi sociū eligēte. xciij.

LEo cum socios asciscere sibi uellet, multaq; animalia sese illi adiungere optarent, idq; præcibus & uotis exposcerent. Ceteris spretis, cū porco solū societatē uoluit inire: rogatus autem causam, respondit: Quia hoc animal adeo fidum est, ut amicos & socios suos in nullo quantumuis magno discrimine unquam relinquat.

Hæc fabula docet eorū amicitiam appetendam, qui aduersitatis tempore a præstando auxilio nō referūt pedem.

De culice cibū & hospiciū ab ape petente. XCIIII.

CVlex hyberno tēpore, cū fame et frigore se periturū cōijceret, ad apiū accessit aluearia, ab eis cibū et hospitiū petēs. Quæ si ab eis fuisset cōsecutus, pmittebat filios earū se artē musicā edocturū. Tūc quædā apis: At ego artē meā malo liberi mei discāt, q̄ res a famis et frigoris piculo eximere poterit. Fabula nos admonet, ut liberos nr̄os ijs artibus erudiamus, quæ eos ab inopia ualeāt uendicare.

De asino tubicine, & lepore tabellario. XCV.

LEo rex quadrupedum aduersus uolucres pugnaturus suorū acies instruebat. Interrogatus aūt ab urso quid ei asini inertia, aut leporis timiditas, ad uictoriā conferre possent, quos ibi inter cæteros milites adesse cernebat, respondit: asinus tubæ suæ clangore milites ad pugnā conci-

habit, lepus uero ob pedum celeritatem, tabellarij fugetur officio. Fabula significat neminem adeo contemptibilem, qui aliquando nobis prodesse non possit.

De accipitribus inter se inimicis, quos columbæ pacauerant. XCVI.

ACcipitres inuicem inimici quotidie decertabãt, suisq; odijs occupati, alias aues minime infestabãt. Colũbæ illorũ uicẽ dolẽtes, eos missis legatis cõposuere. Sed illi, ubi iter se amici effecti fũt, cæteras aues ibecilliores, et mati, me colũbas uexare, et occidere nõ desinebãt. Tũc secũ colũbæ, q̃ utiliter accipitrũ discordia, q̃ cõcordia nobis erat. Hẽ monet fabula, malorũ iter se ciuiũ odia alẽda potius, q̃ extinguenda. ut dũ inter se digladiãtur, uiros bonos q̃etc uiuere patiãtur. De muliere ignẽ in mariti domũ ferẽte. XCVII.

VIr quã prudẽs uxorẽ ducebat. Interrogatus aũt ab amicis, q̃d sibi uellet fuscula illa, quã noua nupta accensã a paterna domo effert, rursusq; mariti domũ ingressura accẽdit et infert: significat inq̃t, me hodie ignem e foceti mei ædibus ablatũ, in domũ meã inferre. Fabula significat sæpenumero mulieres ignẽ quẽdã esse, q̃ mariti bona cõburit. De prætore repetũdarũ dãpnato. XCVIII.

PRætor qui prouinciam, cui præfuerat, expilauerat repetundarum dãnatus fuerat, Cumq; ægre ablata restitueret, dicebat quidã e prouincialibus, hic noster prætor mulieres imitatur, quæ fœtus concipientes mira uoluptate afficiuntur: cum aũt eos emittũt, incredibili dolore tor-

quentur. Fabula significat, aliena non esse surripiẽda ne illa deponere coacti, mœrore conficiamur.

De sene mortẽ differre uolente. XCIX.

SEnex quidã mortẽ quæ eũ e uita rapturа aduenerat, rogabat, ut paululũ differat, dũ testamentũ conderet & cætera ad tãtum iter necessaria præpararet. Cui mors, cur nõ inquit, hactenus præparasti toties a me admonitus Et cum ille ea nunquã a se uisam amplius diceret, cur inquit, nõ æquales tuos modo quorũ nulli fere iam restat, ue rumctiã iuuenes, pueros, infantes quotidie rapiebã nõ te admonebam mortalitatis tuæ? Cũ oculos hebescere, auditũ minui, cæterosq; sensus indies deficere, corpus ingraescere sentiebas, nonne tibi me propinquã esse dicebant? & te admonitum negas? quare ulterius differendum non est. Hæc fabula indicat ita uiuẽdũ, quasi mortẽ sẽp adesse cernamus.

De uiro auaro sacculũ nũmorũ alloquẽte. C.

VIr quidã auarus, qui ingentẽ aureorũ aceruũ male partũ relicturus moriebatur, interrogabat sacculũ nummorũ, quẽ morienti sibi iusserat afferri, quibus uoluptatem esset allaturus. Cui sacculus, hæredibus inquit tuis, qui nummos a te tanta sudore quæsitos, in scortis & conuiuijs profundent, & dæmonibus, qui animam tuam æternis supplicijs mancipabunt.

Hæc indicat fabula, stultum esse in ijs laborare, quæ ejs gaudiũ, nobis aũt sint allatura tormentum.

Fabula Abstemij, Finis.

In Hecathomythion consummatissimi uiri Laurẽtij Abstemij Maceraten. Tetrastichon.

Quod nemus Hesperidum Panchaia, Bactra, Sabæi,
Helisium quod habet, quod Tagus, Astur, Arabs.
Cuncta tuo Abstemi nascuntur sponte uirete,
Cuius habent siliquæ seria, non apinas.

IOANNIS ANTRACINI MACERATEN IN *Hecathomythion clarissimi uiri Laurentij Abstemij Maceraten. Tetrastichon.*

Doctiloquos alijs scriptis superare latinos,
Quære, sumus lepidis Græcia docta pares.
Te Xanthi seruus technis celebrauit amœnis,
Non minus Abstemij nos decorauit opus.

LAVRENTII VALLENSIS IN XXXIII. FAAVLARVM Aesopi, e Græco in Latinum sermonem ad clarissimum uirum Renaldum Fonaledæ, Præfatio.

Romiseram nuperrime tibi coturnices, quas ipse uenatus essem, missurus. Eas capere ut homo uenandi insuetus, cum nõ possem ad uenationẽ meã, id est, litteras me conuerti, & forte ad manus uenit libellus græcus, ex præda nauale treis & triginta Aesopi fabellas continens, has omneis labore uenatus sum. Mitto igitur ad te siue fabellas

siue mauis coturnices, qbus oblectare te possis, ac ludere. Etenī si Octauianū, Marcūq; Antoniū orbis terrarū principes ludo coturnicū delectatos accepimus, pfecto tu uir, et si quis Octauiano, aut Antonio pugnacē aliquā, harum literarū amātissimus literato hoc genere ludēdi delectaberis, auiū dono dedisset, iucūdā illis rē gratāq; fecisset. Ego quoq; tibi iucūdus, gratusq; ero, quod plus trigīta eius generis aues dono mitto pugnaces, uictrices, & si forte hoc te magis iuuat, et pīgues: oblectāt enī he fabulæ, et bellæ alūt nec minus fructus habēt, q̄ floris. Sed ne donū suū laudare īsolētis sit, finē faciā Tu si coturnices ueras, q̄ has fabulas malis, rescribe mittā nāq; nōmodo coturnices, sed et pdices. Ex urbe Caieta. Calēd. Maij. Anno. M.D. XIII.

De Vulpe & Capro.

VVlpes & caper sitibundi in puteū descenderūt in quo cum perbibissent, circumspicienti reditū capro uulpes ait: Bono animo esto caper. Excogitaui namq; quo pacto uterq; reduces simus. Siquidem tu eriges te rectum, prioribus pedibus ad parietem admotis, cornuaq; adducto ad pectus mēto reclinabis, et ego p terga, cornuaq; trāsiliens, et extra puteū euadēs, te istic postea educā. Cuius cōsilio fidem habenti capro, atq; ut illa iubebat obtēperanti, ipsa e puteo psiliit ac deīde præ gaudio in margine putei gestiebat, extabatq;, nihil de hirco curam habēs. Cæterū cū de hirco ut fidifraga incusaretur, respondit: Enimuero

hirce, si tantum esset tibi sensus in mẽte, quantũ est setarũ in mento, nõ prius in puteũ descẽdisses, quã de reditu exploratũ habuisses. Hæc fabula innuit, uirũ prudentem debere finem explorare, antequã ad rem peragẽdam ueniat.

De Vulpe & Leone,

VVlpes nullũ antea leonẽ cõspicata, cũ illi alternus ex improuiso obuiasset, ita aspectu eius expauit, ut parũ abfuerit, quin extingueretur. Qđ cũ iterũ postea accidisset, ad aspectũ qdem leonis est exterrita: sed nõ ita, ut prius. Tertio aũt cũ leonẽ eumdẽ esset intulta, nõ modo nõ exterrita, sed etiã fidẽter adiẽs, secũ collocuta est et confabulata. Hæc fabula innuit, quod consuetudo & conuersatio facit, ut quæ maxime horribilia & formidanda sunt, neq; horrida, neq; formidolosa uideantur.

De Gallo & Perdice.

GAllos quidam domi suæ cum haberet, mercatus est perdicem eamq;, alendam, & in societatem Gallorũ dedit una cum illis saginandam, eamq; galli pro se quisq; mordicabant, abigebantq;. Perdix autem apud se afflictabatur, existimans ideo talia inferri sibi a gallis, quod suum ab illorum genere alienum esset. Vbi uero non ita post aspexit illos inter se pugnantes mutuoq; percutientes, recreata a mœrore inquit: Equidem post hoc non afflictabor amplius, uidens eos inter se dimicantes.

Hæc fabula innuit uirum prudentem debere æquo animo ferre contumelias ab alienigenis illatas, quos uidens

ne a domesticorum quidem iniuria abstinere.

De Vulpe & Capite reperto.

VVlpes aliquando in domum cithaœdi ingressa, dum omnia instrumenta musica, omnemq; supellectilem scrutaretur, reperit e marmore caput scienter, fabreq; factum. Quod cum in manu sumpsisset, inquit, o caput cum magno sensu factum, nullum sensum obtinens.

Hæc fabula ad eos spectat, qui corporis dignitatem habent, animi industriam non habent.

De Carbonario & Fullone.

CArbonarius conducta in domo habitans, fullonem inuitauit, qui eo loci proxime uenisset, ut eiusdem in ædibus una habitarent, ad quem fullo o homo nõ est istud factũ cõducibile. Vereor enĩ, ne quicquid cãdificare, id omne tu carbonaria aspergine fuscares. Hæc fabula innuit, nullum cũ flagitiosis habendum esse cõmercium.

De uiro iactabundo.

VIr qdam aliquãdiu peregrinatus, cũ iterũ domũ reuersus fuisset, cũ multa alia in diuersis regionibus se uiriliter gesta iactabũdus prædicabat, tũ uero id maxime, qd Rhodi oĉs in certamine saliẽdi supasset, eiusdẽ rei Rhodios, q affuerũt, testes esse. Ad quẽ unus assistẽtiũ respõdẽs inqt o homo si uerũ istuc est qd loq̃ris, quid tibi opus est testibus? Ecce hic Rhodus, ecce hic certamẽ saliẽdi. Hæc fabula innuit, q̃ ubi rerũ testimonia adsũt, nihil opus est uerbis.

De Viro Appollinem tentante.

Vir qdã sacinorosus Delphos se cõtulit, Apollinẽ te taturus, habẽs q̃ passerculũ sub pallio, quẽ pugno te nebat, et accedens ad Tripodas interrogabat deum, dicẽs, quod habeo in dextra uiuit ne, an mortuũ est? prolaturus passerculũ uiuũ, si ille mortuũ respõdisset, occidisset enim statĩ sub pallio clã, priusquã pferret. At Deus subdolam calliditatẽ hois intelligẽs, dixit, O cõsultor: utrũ mauis facere (penes te nam arbitriũ est) facito, & siue uiuum, siue mortuũ, quod in manibus habes, pferto. Hæc fabula innuit, mentem diuinam nihil neq̃ latere, neq̃ fallere.

De Piscatore.

PIscator qdã demissis in mare retibus, extulis simaridẽ pusilli corporis, q̃ sic piscatorẽ obsecrabat. Noli me in præsctiarũ capere pusillã et minutã sinc abire et crescere, ut postea sic adulta cõmodo maiore potiaris. Cui piscator inqt: Ego uero amẽs sim, si lucrũ, quod inter manus habeo licet exiguũ, prætermittã spe futuri boni, q̃tũlibet magni.

Hæc fab. innuit, stolidum esse, qui propter spem maiorẽ, rem præsentẽ & certam licet paruam, non amplectitur.

De Equo & Asino.

VIr quidam habebat Equum & Asinum. In itinere autem faciẽdo inquit asinus equo. Si me saluũ uis, relcua a me partem oneris mei. Equo illius uerbis non obsequente, asinus sub onere cadens moritur. Tunc dominus iumentorum oẽs quas portabat asinus sarcinas, simul & corium, quod a mortuo exuerat, equo imponit. Quo

onere depressus equus, et gemēs cū clamorē inqt: Væ mihi tumētorū infœliciſſimo, qd mihi miſero male cuenit? Nā re cuſās partē, nūc totū onus porto, inſuper & illius coriū.

Hæc fabula innuit, maiores debere in laboribus participes eſſe minoribus, ut utriq; incolumes ſint.

De Viro & Satyro.

VIr quidā cū Satyro amicitiam inierat, q cum edendi gratia ſederent, exorta cœli tēpeſtate ac frigore, uir manus ad os admouēs, anhelitu refocillabat. Quod intuēs Satyrus, interrogabat quādobrē id faceret. Ille inqt, calore oris algētes manus refocillo. Paulóq; poſt, calidiori edulio cū uir iterū ad os manū cū edulio admouēs, calorē cibi tenui inſpiratione refrigeraret. Interrogat Satyrus, quādobrē et id faceret. Reſpōdente aūt uiro, ut refrigeret edulium. Atq; ego, inquit Satyrus, tecū poſthac amicitiā nō exercebo qui ex uno ore & calidum promis & frigidum.

Hæc fabula innuit, deuitandam eius amicitiam eſſe, cuius anceps uita eſt, & non ſimplex ſermo.

De Vulpe & Pardo.

VVlpes & pardus de pulchritudine altercabantur, & pardo ſuam uerſicolorem pellem extollēte, Vulpes cum ſuam proponere non poſſet, inquit: At quāto ego ſpecioſior, quæ non corpus, ſed animū uerſicolorem ſortita ſum. Hæc fabula innuit, pulchritudinem animi antecellere pulchritudini corporis.

De Fele in fœminam mutata.

FElis quædã deliciũ formosi erat cuiusdam adolescẽtis Hanc ille ut in fœminã mutaret, Venerẽ deprecatus est, dea miserta cupiditati adolescentuli, cõuertit bestiã in speciosam puellã, cuius forma inardescẽs adolescẽtulus ad, ducit illã secus domũ. Quibus cõsidẽtibus in cubiculo, Venus uolẽs periculũ facere, nũquid illi cũ corpore mutasset & mores, murẽ immisit in mediũ. At illa & corũ qui aderant, & cubiculi nuptialis immemor, e cubiculi surgẽs, murem insequebatur, illum comedere cupiens. Tunc dea indignata iterum in suam restituit naturam.

Hæc fabula innuit scelestos homines, & si conditionẽ statumq; mutent, tamen mores nequaquam mutare.

De Agricola & Canibus.

AGricola quidã hyberno sydere in agro deprehensus deficiẽtibus cibarijs, primũ interfectis singulis ouibus, illarũ carnibus uescebatur, mox et caprarũ, postremo operarijs bobus interẽptis alebatur. Quod canes cũ animaduertissẽt, inter se collocuti sunt dicẽtes: At nos hĩc faciamus fugã, si enĩ operarijs bobus dñs noster non pepercit, ne nobis quidẽ parcet. Hæc fabula innuit fugiẽdos eos esse, cauẽdosq;, q a familiaribus quoq; manus non abstinẽt.

De Agricola sæuiente in Filios.

AGricola filios suos uidẽs quotidie delitigãtes neq; in gratiam inter se reducere potis esset, iussis fasciculum uirgarum sibi afferri, aderant autem filij illic sedentes. Quæ cum allatæ essent, colligauit omnes in unũ

fasciculū, iussitq; singulos filiorū fasciculū capere atq; confringere. Illis uero cōfringere nō uadētibus, solucs postea fasciculū, tradidit singulas utrgas cis frangēdas. Atq; illis stati, facilcq; frāgentibus, intulit, ita et uos filij mei, si pseueraueritis unanimes, præstiteritis incxpugnabilcs uos hostibus, inuictosq; præbebitis. Sin minus, ipsa uestra æmulatio atq; scditio opportunā uos prædam inimicis faciet.

Hæc fabula innuit, æque res humanas facere uel a concordia incrementum, uel discordia iacturam.

De Muliere & Gallina.

MVlier qdā uidua habebat Gallinā quotidie singula oua parietē, sperās aūt pro singulis bina oua paritu ram, si plus tribuisset escarū, opipare educabat. Gallina uero pinguior effecta, ne unū qdem ouū parturire poterat.

Hæc fabula innuit, quod homines propter luxum & copiam rerum marcescentes, ab instituto retardantur.

De Homine quem Canis momorderat.

ADmorsus a Cane quidam, circuibat singulos, corrogans curationem, nactusq; quendam, qui cognita mali qualitate inquit. Si tu quidem homo conualescere uis sume crustulam panis madefactam in sanguine uulneris, porrige cani, qui te momordit, comedendam. Cui ille deridens inquit: Ego me hercle si istuc feccro, dignus sum, qui ab omnibus huius urbis canibus mordear.

Hæc fabula innuit improbos homines, cum maxima beneficia acceperint, tum maxime ad maleficia animari.

De Duobus amicis, & Vrſo.

DVobus amicis una iter facientibus, ſit urſus obuiam quorum unus perterritus, in arborem ſcandens latuit: alter uero cum ſe imparem Vrſo fore, & ſi pugnare uellet, ſuperatũ iri intelligeret, procidẽs ſimulabat ſe mortuum eſſe. Vrſus autem aduenies, aures & occipitiũ oleſacichat: Illo, qui ſtratus iacebat uſq; cõtinẽte reſpirationẽ ita mortuum eſſe credens, urſus abiit. Aiũt enim, urſũ non ſæuire in cadauer. Mox alter, qui inter frondes arboris latuerat, deſcendens interrogat amicum quidnam ad aurem urſus ſecũ eſſet locutus. Cui amicus inquit: Admonuit me, ne poſthac cum huiuſmodi amicis iter faciam.

Hæc fabula innuit deuitandos eos amicos, qui periculoſo in tempore ab auxilio præſtando reuocant pedem.

De Adoleſcentibus & Coquo.

DVo Adoleſcentes obſoniũ a coquo mercati cõmuniter erant. Ceterũ cum Coquus quibuſdã negotijs domeſticis intenderet, uacaretq; alter adoleſcentum partem obſonij in alterius ſinum immiſit. Conquerenti, q carnem abſtulerat, iurabat ſe non habere. Qui uero habebat, iurabat ſe non abſtuliſſe. Quibus coquus, intellecta adoleſcentum aſtutia, inquit: Et ſi me latet fur, tamen eum, quem iuraſtis deum, non latebit.

Hæc fabula innuit, quod ſi homines eclamus, Deum nequaqam celare poterimus.

De Arundine & Olea.

DIsceptabãt Arũdo & Olea de cõſtãtia, de fortitudine, et de firmitate, et Olea quidẽ ꝓbra Arũdini ingerebat, ut fragili, et ad omnẽ uentũ uacillãti. Arũdo aũt obticebat, nõ longũ tẽpus expectãs. Nã cũ uẽtus uehemẽs ingruiſſet, Arundo agitabatur, refellebaturq;, olea uero cum uiolentiæ uentorum reluctari uellet, confracta eſt.

Hæc fabula innuit eos, qui ferocioribus ad tempus cedunt, potiores eſſe iis, qui non cedunt.

De Tubicine.

ERat Tubicẽ, qui in militia ſignũ caneret. Is interemptus ab hominibus, ad eos, qui circumſiſtebant proclamabat: Nolite me o uiri innocuũ, inſontẽq; occidere, nullũ enim unquam ego occidi. Quippe nihil aliud quam hanc tubam habeo. At quem illi uiciſſim cum clamore reſponderunt. Tu uero hoc ipſo magis trucidaberis, q; cum ipſe dimicare nequeas cæteros potes ad certamen impellere.

Hæc fabula innuit, quod præter ceteros peccant, qui molos et importunos principes ꝓſuadent ad inique agẽdum.

De Aucupe & Vipera.

AVceps qdã ſũptis aucupatorijs retibus, ad uenãdũ ꝓceſſit, uiſoq; pulũbo in cacumine arboris ſedente, cõpoſitas artificioſe arũdines cũ reti ad auẽ clãculũ admouebat, ſperãs illã ſe uenari poſſe. Quod cũ agit, in altũ intuens, iacẽtem uiperã pedibus preſſit, q exaſperata dolore hoiem momordit. At ille iam diffidẽs, me miſerũ inqt, q cũ alterum uenari uolo, ipſe ab altero captus pereo.

Hæc fabula innuit fraudulentos homines insidias suas occultare. Sæpe tamen ab alijs idem sustinere.

De Castore uirilia sibi amputante.

CAstor præter cæteros quadrupedes in aqua durare dicitur, eiusq; genitalia ad artē medicā sane utilia esse Tūc ubi uidet indagātibus hominibus captū iri (nō enī ignorat quāobrem indagetur) ipse sibi genitalia præcidit, eaq; ad insequētes pīsciens, hoc modo incolumis euadit.

Hæc fabula innuit, huius exemplo prudentes debere p adipiscenda sālute, nullā rationē habere fortunarum.

De Thynno & Delphino.

THynnus cum Delphinum insequentem præcipiti cursu fugeret. & iamiam capiendus esset, in anfractum quendam se intrusit. Delphinus quoq; ad alterū simulē impetu ipso illisus est, ad quem Thynnus respiciēs, iamq; expirantem uidens, inquit, Iam mihi mors nō est molesta uidens eū, qui mihi causa mortis est, mecum morientem,

Hæc fabula innuit, æquo animo ferre homines calamitates, cum eos, propter quos in calamitate sunt, calamitosos aspiciunt.

De Cane & Lanione.

CAnis quidam insiliit in macellum, Lanio in aliquare occupato, & erepto pecoris corde fugiebat. ad quē Lanius conuersus, fugientēq; aspiciens inquit: O canis ubicumq; fueris te obseruabo, nō enim substulisti, sed mihi cor dedisti.

Hæc fabula innuit, iacturam semper esse hominibus doctrinam.

De Vate quodam.

VAticinator quidã in foro sedẽs sermocinabatur, cũ quidã sibi denũciat fores domus eius effractas esse, omniaq; direpta quæ in domo fuissẽt. Ad qđ nũtiũ Vaticinator gemens, ꝓperãsq; cursu, se domũ recipiebat. Quẽ cum retem quidã intuens o tu, inqt q aliena negotio te diuinaturũ ꝓmittis, certe tua nõ diuinasti. Hæc fabula ad eos spectat, q res suas nõ recte administrantes, alienis q̃ nihil ad eos pertinent, prouidere & consulere conantur.

De Aegroto & medico.

AEgrotus quidam a Medico interrogatus, quonam modo se habuisset, præter modum respondit insudorem se fuisse resolutum. Cui medicus, istud inquit bonũ est. Altero autem die iterum interrogatus quonam modo se haberet, respondit, algoribus correptus, diu uexatus sum: & id quoq; medicus inquit, bonũ est. Tertio cũ ab eo medico interrogaretur, respondit, ꝓfluuio corporis debilitatus sum. Istud etiam bonum est, inquit medicus. Postea autem a familiari quodam interrogatus, quo modo habes ô amice? respondit, etiam atq; etiam bene habeo, sed morior.

Hæc fabula innuit, arguendos assentatores.

De Asino & Lupo.

ASinus calcato ligni aculeo claudicabat, conspecto ꝙ Lupo ait: O Lupe, en præ cruciatu morior, futu

rus esca aut tua, aut uulturum, aut coruorum. Vnū modo abs te munus flagito: Educ prius de pede aculeum, ut moriar saltem sine cruciatu. Tunc Lupus summis dentibus aculeū mordicus prehendens eduxit. Asinus uero doloris oblitus, ferratos calces in facem Lupi impegit, fractisq; illius frōte, naribus, dentibus aufugit, Lupo seipsum accusante, ac merito sibi id euenisse dicēte, q; qui didicerat esse lanius iumētorū, nūc illorū uolebat esse chirurgicus..

Hæc fab. innuit, quod q; sua artificia deserūt, trāsferētes se ad alia ipsis nō apta, et in derisum ueniūt, & in discrimen.

De Aucupe & Merula.

AVceps tetenderat uolucribus retia, quod eminus intuens merula, percontabatur hominē quid negotij ageret. Ille respondit, se condere urbem, abijtq; lōgius & sese abdidit. Merula uero illius uerbis fidem habēs, et accedēs ad escā iuxta retia appositam, capta est, accurrenteq; aucupe inqt, o homo si tu quidē talē urbē cōdis, haud multos iuuenes habebis incolas. Hæc fabula innuit, eo maxime modo rem priuatā, et rēpublilā destrui, cum præsides seuitiā exercent.

De Viatore & pera inuenta.

VIator lōgū īgressus iter, uouit si qd inuenisset, eius dimidiū Ioui se oblaturū. Inuēta aūt postea in itinere Pera, palmularū amigdalarūq; plena, comedit oēs palmulas, amigdalasq;. Sed harū nucleos, illarū putamina, et corticēs ad arā quādā obtulit, īqens: habes Iuppiter qd tibi nō uerā qd cnī īuem, eius et īteriora et exteriora tibi offero

Hæc fabula innuit auarũ propter pecuniæ cupiditatẽ etiam Dijs moliri fallacias.

☞ De Puero & matre.

PVer quidã in schola cõdiscipuli furatus tabellã alphabetariã attulit matri suæ, a qua nõ castigatus, quotidie magis furabatur. Procedẽte aũt tẽpore cœpit furare maiora. Tãdem a magistratu deprehẽsus, ducebatur ad supplicium. Matre uero sequente ac uociferãte, rogauit ille satellites, ut paulisper cũ ea ad aurẽ loqui pmitterẽt: qbus permittẽtibus, et matre festinabũda aurẽ ad os filij admouente ille auriculã matris dẽtibus euulsit, et cũ mater ceteriq; increparẽt nõ modo ut furem, sed in parẽtem suam impium, inquit: hæc mihi ut perderet, causa extitit. Si enim me tabellam alphabetariã furatum castigasset, nequaquam ad ulteriora progressus, nunc ad supplicium ducerer.

Hæc fabula innuit, quod qui inter initia peccandi nec coercentur, ad grauiora flagitia euadunt.

☞ De Pastore artem nauticam exercente.

PAstor in loco maritimo gregẽ pascebat, q̃ cum uideret mare trãquillũ, icessit cupido nauigationẽ faciẽdi ad mercatũ. Itaq; uenũdatis ouibus, emptisq; palmarũ sarcinis nauigabat. Oborta aũt uehemẽti tẽpestate, et naui mergi pelitãte, omne põdus nauis in mare deiecit, uixq; euasit exonerata naui, paucis post diebus ueniẽte quodã et trãquilli, tẽ maris admirãte (erat enĩ sane trãquillũ) respõdẽs inq̃t palmulas iterũ uult, q̃tũ ĩtelligo, ideoq; ĩmotũ sese fore ostẽdit. Hæc fab. innuit eruditiores efficiboĩes damno, atq;

periculo. ☞ De filio cuiusdam senis, & leone.

FIliū senior quidā habebat unicū generosi animi et uenaticorū canū amatorē, hūc p quietē uiderat a leone trucidari. Territus, ne forte somniū hoc aliqñ sequeretur euētus, extruxit domū quandā, q̄ politissimā, & laquearibus ac fenestris amœnissimā. Illuc inducēs filiū assiduus illi custos inhærebat. Depixerat enī ea in domo ad oblectionē filij, omne animaliū genus, in qbus et leonē. Adolescēs hæc inspiciēs eo āplius molestiæ cōtrahebat. Quodnā aūt uice ꝓpius stans leoni, inqt, o truculētissima fera, ꝓpter inane somniū patris mei, in hac domo asseruor, uelut in carcere. Qđ tibi faciā, et hæc dicēs, manū parieti incussit, oculū leoni eruere uolēs, et in clauo, q illic latebat offēdit, qua expcussione manus emarcuit, succreuitq; sanies, et febris subsecuta est, breuiq; tēpore adolescēs est mortuus. Ità leo adolescētē occidit, nihil adiuuāte patris sophismate. Hæc fabula innuit, quæ uentura sunt deuitare posse neminem.

☞ De caluo crines externos gerente pro natiuis.

CAluus quidā mētitos crines gerēs, dū equo uehebatur, ecce sibi ualidior uētus illos de capite sustulit. Risus statī magnus a circūstantibus excitabatur, et ille mutuo risu ad illos inqt. Quid mirū, si crines, q nō erāt mei, a me recesserīt, illi quoq; recesserūt, q mecū fuerāt nati. Hæc fabula innuit, nō debere nos mœrere ob amissas opes. quod enī nascentes a natura non accepimus, id non potest nobiscum perpetuo permanere.

FINIS.

AESOPI

FABVLATORIS CLARISSIMI. Apologi è Græco Latini per Rimicũ facti.

ARGVMENTVM.

Esopus fabulatur clariſsimus, natione quidẽ Phrygus, fortuna uero ſeruus fuit, colore niger, ac facie ſupramodũ deformis. Is qua beneficus ſẽper ĩ hoſpites fuit, dea hoſpitalis in ſõnis ſibi aſſiſtẽs largita eſt loquelã (nã ab initio blatero fuit) ſapiẽtiãq; ac uariarũ fabularũ inuẽtionẽ, quæ porro fabulæ nõ parũ cõducũt mortaliũ uitæ, nã aĩ alia bruta fingit agere ea quæ hoĩm ſũt actiones, quas ita ãte oculos ponit, qđ audiẽtiũ aĩos incitat ad uirtutẽ, nec ulli ſũt hoĩm mores, quos ĩ brutis fingẽdo ipſe nõ aperiat. Has igitur fabulas, ſi quis trite guſtaucrit, q̃ uitare ſequi, quãq; uitare debeat, in priuatis publicisq; negotiis facile cõperict. Nã in primis fabulã narrat, tũ quid fabula ſignificet cõpẽdioſus exponit, atq; ordinẽ alphabeti in græco ſecutus, q in Latino ſermone ſeruari nõ poteſt, hinc ſumit mitiũ.

De Aquila & Vulpe.

Quila & uulpes conflata inter ſe amicitia, in proximo habitare conſtituunt, firmiorem amicitiam, ex frequenti conuerſatione fore putantes. Igitur aquila nidum alta ſuper arborẽ inſtituit, uulpes uero arborẽ propter ĩter dumeta ca-

tulos collocat. Vna igitur dierū cū uulpes latibulū egressa pastū catulis quæreret, aquila et ipsa cibi indiga in latibulū deuolās uulpis catulos arripuit, ac pullis suis comestum præbuit, uulpes reuertēs cognita filiorū morte atroci, ualde tristata est, et cū aquilā ulcisci nō posset, q̄a quadrupes existēs. uolucrē p̄sequi nequibat, q̄d unū miseris ac īpotē, tibus datur, aquilā execratur, ac mala sibi imprecatur, tātū in odiū cū uiolatur, uertitur amicitia. Cōtingit igitur illis diebus ruri capras īmolari, cuius frustū una cū carbonibus accēsis, aquila arripiēs sustulit ad nidū, sed uēto uehemētius spirāte, nidus q̄ ex fœno ac materia exili aridaq̄ consectus erat, incēditur. Aquilæ pulli flāmā sētiētes, cū uolare adhuc nequirēt, humi decidūt, uulpes cōfesti illos arripiēs in aquilæ cōspectū deuorat. Fabula significat, quod q̄ amicitiā uiolāt, quāuis quos læserint ultionē declinent, del suppliciū nō tamē effugiūt. ☞ De Aquila & coruo.

AQuila celsa ex rupe deuolans agnū ex oī grege arripuit, quā rem cū coruus conspicatus, emulatione motus, uehementi cū strepitu ac stridore deuolat in aricte atq̄ ungues in arictis uellus ita implicat, q̄d inde etiā motu alarū se explicare nō potest. Hūc pastor, cū ita īplicitū uidet: accurrens, coruū comprehendit, atq̄ alarum pennis incisis, pueris suis pro ludibrio dedit. Verū enī cū quisq̄ coruū rogaret, quænā uolucris esset: coruus ait, prius equidem quo ad aīm aquila fui, nunc uero me coruū esse certe cognosco. ☞ Fabula significat, q̄d q̄ supra uires quippiā

audet, hoc solū efficit, quod in aduersa sæpius incidit, ac se uulgo ridiculum exhibet. ❧ De Aquila & Scabrone.

AQuila leporē pſeqbatur, at lepus auxiliij inops, quē tēpus obtulit ſcabronē uidēs, ab eo auxiliū implorauit, cui ſcabro pollicitus eſt tutelā ac cuſtodiā ſuā. Deinde cū aqlā ppinquātē ſcabro cōſpicatur, cā præcatur, ne ſuū eripiat ſibi ſeruū. At aqla ſcabronis paruitatē contēnens, eo cōā leporem excedit. Verū ſcabro ſuæ iniuriæ memor, ubi aqla nidificaret obſeruat. Ecce aqla oua parit, ſcabro diſclatus, ad aqlæ nidū uolat, atq; oua deuoluēs humi deiicit. Aquila iactura ouorū mœrore cōcita, euolat ad Iouē (eſt enī ales deo illi ſacrata) ac locū ad pariēdū ſibi tutum dari precatur. Iupiter ſibi cōcedit, ut cū tēpus adeſt, eius in ſinu pariat oua. Hoc ſcabro ppuidēs globū e ſtercore cōfecit, atq; ſurſū euoluās in Iouis ſinū demiſit. Iupiter uolens e ſinu globū excutere, oua aquilæ ſimul excuſſit. Ex tūc aiūt aquilā nūq; pere, quo tpe ſcabrones exiſtūt. Fa. ſig. qđ nullus porro eſt cōtēnēdus, qñ nemo eſt, q̄ iuriā accipiat, qn cū tēpus datur, ſe ulciſci nō quærat. ❧ De Philomena & accipitre. ¶ Philomena, cū alta quercu ſederet more ſuo ſolu cantabat, cā accipiter cibū q̄rītās, cū intuetur repēte euolat, illāq; rapit, at philomena cū ſe ĩteritū iri uidet accipitrē precatur, ut ſe miſſā faciat, qñ ad explēdū ei⁹ uētrē ipſa ſatis minima ſit, ſed p ſaturitate ſua, ad maiores aues ut ſe uertat opus profecto fore: eam accipiter hæc conſpiciēs ait Sultus equidem nimium eſſem ſi quē

manibus teneo cibum, illum dimitto, amplioris spe pastus.

Fabula significat, qd̄ q omittunt id quod manu tenent rerū maiorū spe, consilio inopes ac ratione nimium sunt.

De Vulpe & Trago.

VVlpes et tragus sitiētes in puteū descēderūt. Verū enī post potū, cū egressū cōspiceret hircus, uulpes ei comiter ait: bono sis aīo, nā qd saluti nr̄æ opus sit ꝓbe anī aduerti. Si enī rectus stabis, ac pedibus anterioribus cornibusue muro adhærebis, tuas ego scapulas cornuaq; cōscendēs, cū egressa puteū fuero, te manu cōprehēdēs hīc desup trahā. Huic cap prōpte deseruiuit, uulpes suo exultās egressu, circa os putei capro illudebat. At dū caper illā incusat, sibi pacta haud seruasse ei facete uulpecula inqt. Si ea caper sapiētia præditus esses, quo pilorū ornatu istec tua barba referta est, nō prius in puteū descēdisses, q̄ egressus pēsiculate uidisses. Fabula significat, quod hoīes cōsilio præditi rerū finē prius inspiciūt, q̄ dent operā rebus gerēdis.

De Vulpe & Leone.

VVlpes, q̄ nūq̄ uiderat leonē, cū illi fortē obuiasset, eo ꝑtimuit, ut mortē pene obiret. Rursū illū cū aspexisset, ꝑtimuit, sed minime ut primū. Eū tertio cū intuetur, ꝓpe accedēs fuit ausa corā disserere. Fabula significat quod rerū terribilia usus & cōsuetudo domestica facit.

CAtus cū galiū cepisset, atq; cau. De Cato & gallo sā q̄reret, qui eū cōedere posset, illū criminari cœpit, quod eēt aīal turbulētū, q̄ noctu clamitādo haud ꝑmitteret

quiescere mortales. gallus se excusabat, qd̄ id ageret ad eorū utilitatē, cū ad apa faciēda illos exitaret. Rursū catus ait, impius es ac supra modū scelestus, q agis cōtinuo contra naturā, cū nec a matre, nec a sororibus te abstineas, sed p incōtinētiā cū illis te cōmisceas. Gallus itē defēdebat, qd̄ dñi sui quæstus gratia id quoq; ageret, enī uero ex hmōi coitu gallinæ pariūt oua, tūc inqt catus, excusationibus licet abūdes, ego tñ ieiunare haud intēdo. ☙ Fabula significat, qd̄ qui prauus existit natura, cū semel delinquere aīo proposuit, quāuis causæ desit prætextus, a prauitate tamen nō desistit.

☙ De Vulpe sine cauda.

VVlpes ē laqueo euaderet, abscissa cauda, cum ē pudore uitā sibi mortē putaret, excogitauit alias dolo inducere uulpes, ut sub cōmunis cōmodi specie sibi sigulæ caudā absciderēt, et sic suū dedecus leuaret, Itaq; ad unū uulpibus cōgregatis suadet, ut caudā sibi abscīdāt, disserēs, caudā nō modo decori uulpibus esse, sed oneri graui atq; inepto. E uulpibus una ei facete respōdit: Heus soror, si res ista tibi soli cōducit, tū nō itidē alijs cōsulere haud ē æquum. ☙ Hæc Fabula ad eos spectat, q sub charitatis specie suū cōmodū cōsulēdo prospitiūt,

☙ De Piscatore & Smaride pisciculo.

PIscator qdā mari rete tetendit, eo Smarida cepit Pisciculum, quæ parua aduc ætate piscatorem orabat ut dum grandis esset, atq; maiorem quæstum ex ea asse, qui posset, eam uita donaret. Huic piscator lepide respon-

dit: Ego qdē mēte carerē, si quod mininū mihi est lucrum, id dimittere ampliorisspe questus. Fab. significat, quod certa p incertis, quamuis in eis magna insit spes, stultū est dimittere. De Vulpe & Rubo.

VVlpes cum sepē quandā ascenderet, ut periculū uitaret qđ sibi immincre uidebat, rubū manibus comprehendit, atq; uolā sentibus profudit, & cū grauiter saucia foret, gemēs inquit ad rubū: ut me iuuares cū ad te cōfugerim, tu deterius me perdidisti. Cui rubus, erraſti uulpes ait, quæ pari dolo me capere putasti, quo cætera capere cōsueuisti. Fab. significat, quod stultum est implorare auxilium ab illis, quibus a natura datū est obesse potius q̄ alijs prodesse. De Vulpe & Crocodilo.

VVlpes et crocodilus de nobilitate cōtēdebāt, cū crocodilus multa p se adduceret, ac supra modū se iactaret de splēdore pgenitorū suorū Vulpes ei subridēs ait Heus amice, et si hoc tu quidē nō dixeris, ex tuo corio clare apparet, qđ multis iā annis tuorū splēdore fuisti denudatus. Fab. significat, quod hōes mēdaces res ipsa potissimū refellit. De Vulpe & Venatoribus.

VVlpes uenatores effugiens, ac per auia currēdo iā defessa hominē casu reperit lignariū, quem rogat ut se quoquo loco abscondat. Ille tectoriū ostēdit. Vulpes illud ingrediens in angulo quodā se abscondit. Adsunt uenatores, lignarium si uulpem uiderit rogant. Lignarius uerbis quidem se uidisse negat, manu uero ubi uulpes late-

bat locũ ostendit. Verum enĩ uenatores re haud precepta stati abeũt, uulpes ut illos abisse ꝓspicit, testorio egrediẽs tacite recedit, lignarius uulpẽ criminatur, qđ cũ saluã fecerit, nihil sibi gratiarũ agat. Tunc uulpes se cõuertens illi facete ait. heus amice si manuũ opa ac mores uerbo similes habuisses, meritas tibi persoluerẽ gratias Fabula significat, quod homo nequam & si bona pollicetur, mala tamen & improba præstet.

De Gallis & Perdice.

GAllos quã plures cũ quis domi haberet, quam emerat perdicẽ illis cõpascere ꝑmisit. Sed cũ Galli illã infestarẽt, rostrisq; perculerẽt, perdix ea iniuria uehementer perdoluit, putans quia aduena nec eo genere essẽt eas sibi inferri iniurias. Gallos deinde cũ ad inuicem certantes cõspiceret, perdix amota animi ꝑturbatione ait, de cætero eq dẽ haud tristabor, posteq̃ inter eos odiosa certamina cerno Fabula significat, quod hoẽs sapiẽtia præditi moderato aĩo ferunt iniurias, ab illis uel maxime sibi illatas, qui nec, sibi nec suis parcere sciũt.

De Vulpe & Larua.

VVulpes citharœdi domũ ingressa, dũ quæ domi parata sunt, sagaciter explorat, laruæ caput reperit arte industriosa compositũ, qđ manibus capiẽs ait, o quale sine cerebro caput. Fabula significat, quod non oẽs corpore decori, eandem animo habent pulchritudinem.

De Homine & Ligneo deo.

HOmo qnidam deũ ligneũ domi habẽs cum orauit, ut boni quippiam sibi tribueret, sed quanto magis ora,

bat, eos res domi angustior erat, demũ ille cõcitus ira deum cruribus capit, et caput paricti percutit illi, excisõ igitur capite multũ auri exilijt, qđ homo colligẽs ait: peruersus nimiũ es, atq; p fidus, q dũ in honore te habui, nihil æqui de pfuisti, pcussus uero ac uerberatus boni plurimũ cõtuliſti.

☞ Fabula significat, quod homo nequã si quãdo prodeſt, id efficit ui coactus.

☞ De Cane ad cœnam uocato.

VIr quidã cũ cœnã opiparã paraſſet, amicũ quendam domũ uocauit, eius quoq; canis canẽ alterius ad cœnã inuitauit. Is domũ ingreſſus, cũ tantũ dapiũ uidet apparatũ, lætus ipſe ait: Hodie porro ita me explebo, quod die craſtino comedere nõ indigebo. Hisq; dictis motu caude applaudit. Coquus uero cõſpicies, uacitus per caudam capit, atq; illũ ſæpius rotãs per feneſtrã proïjcit. Ille attonitus, humo aſſurgẽs, dũ clamãdo aufugit, ceteri canes ſibi occurrũt, atq; rogitãt q opipare cœnauerit. At ille lãgues ait, ita potu ac dapibus me expleui, qđ quũ exiuerim uiã nõ uidi.

☞ Fabula significat, quod quibus rebus qui dolaturus eſt, rebus illis lætari non debet.

☞ De Aquila & Homine.

AQuilam homo quidam cum cepiſſet, pennis alarum ſibi euulſis, inter gallinas maiori dimiſit, eam deinde quidam mercatus, pennis alas denuo munit, tum aquila uolans, leporem capit, ferq; illum benefactori ſuo. Quam rem conſpiciens uulpes, homini ait, noli hanc aquã

lam, uti prius hospitio haberet, ne ceu leporem te æque ue-
netur, Tum homo aquilæ item pennas euulsit.

Fabula significat, quod benefacientes sunt quidem re-
munerandi, improbiuero omni studio uitandi.

De Viro Agricola.

HOmo quidã Agricultor exastẽs, cũ finẽ uitæ sibi ad-
esse cognosceret, cupereticq; filios in Agrorũ cultu
ficri peritos, eos uocauit, atq; inquit. Filij, ego è uita disce-
do, bona mea in uinea cõsita sũt oĩa. Illi post patris obitũ
putãtes in uinea thesaurũ reperire, assũptis ligonibus, mar
rhis, ac bibẽtibus, uineã fũditus effodiũt, nullũq; thesaurũ
inueniũt. Verũeni uinea cũ probe effossa foret, lõgc post
solito fructus produxit, atq; illos diuites fecit.

Fabula significat, qd labor assiduus thesaurũ parit.

De Carbonario & lotore

CArbonarius lotorẽ quẽdã rogauit, ut quã prætio cõ
duxerat domũ, secũ pariter cohabitaret. At lotor rei
alias expertus, ait: Id cõducibile haud mihi esset. Nã qua
albificarẽ, ea oĩa carbonũ faullis ipse maculares.

Fabula significat, qd res natura dissimiles stare simul
cõmode nõ possũt. De Vulpe esuriente.

VVlpes ingenti fame concita, cum quoddam in tec-
torio carnis frustrum ac panem reposita pro-
spiceret, tectorium ipsum intrauit, atq; tantum comedit,
quod ad ingentem tumorem uentrem distendit, & cum
exnimia uentris tumefactione inde egredi nequiret, tu-

mens gemebat. Eius gemitū uulpes alia transiens illac, ꝙ audiret, illuc accedit, rogatq; quid nā gemeret, deinde causam gemitus edocta, lepide ait, istic manendum est usq; dū eo tenuis efficiaris quanta eras cum intrastiti, nam eo pacto facile egredieris. Fabula significat, quod nihil est tam durum, quod tempus nō dissoluat.

De Piscatore quodam.

PIscator quidā piscādi inexpertus, tibijs ac rete assūptis iuxta maris littus accedit, atq; saxo quodā sup existens in primis tubicinare cœpit, putās cantu se pisces facile esse capturū. Verū cantu cum nullū cōsequeretur effectū, depositis tibijs rete in mari demittit, ac pisces cepit pplures sed cum ex rete pisces extraheret, atq; eos saltantes perspiceret, nō insulse ait, o impba animalia, dū ad tibiā cecini saltare noluistis, nūc qa canere cesso, saltus datis assiduos. Fabula significat, quod oīa probe fiūt, quæ fiunt tempore suo.

De Piscatoribus quibusdam.

PIscatores piscatū pfecti, diuq; piscando defessi, fame præterea ac mœrore quod nihil cepissēt confecti, cum abire decernunt, ecce piscis quidam alium fugiens se insequentem, in naviculam saltat, illum piscatores supramodū læti comprehendūt, ac in urbem reuersi, grandi pretio uēdunt.

Fabula significat, quod frequentius fortuna id exhibet, quod ars efficere non potest.

De Viro inope & infirmo.

HOmo quidã paup cũ ægrotaret, dijs uouit, quod si eo morbo liberaretur, boues centũ immolaret, quod dij experiri uolẽtes sanitatẽ illi facile reddũt Liber igitur a morbo, cũ boues, qa paup, nõ haberet, ossa boũ cẽtũ collegit, eaq; sup altari deponẽs lepide inqt. Ecce qd uoui uotũ uobis nũc persoluo. At dij illũ ulcisci uolentes in sõnis sibi assistũt, atq; inquiũt. Ad maris littus pgito, ibi enim in loco semoto auri talenta cẽtũ reperies. Ille expgefactus, somnij memor, dũ pergit ad littus, incidit in latrones, captus itaq; eos rogabat, ut se missũ facerẽt, quoniã mille talenta auri persolueret eis. Fab. significat, quod homo mẽdax, deos & homines pariter contemnit.

De Vulpe & Pardo.

VVlpes cum Pardo de pulchritudine contendebat, cũ uarias corporis notas pardus sibi duceret decori, ualpes ei comiter ait, ego qdẽ longe formosior sũ iudicanda, quæ nõ corpus, sed aĩm uarijs notis habeo notatũ. Fabula significat, quod decor mentis est potior omni corporis ornatu.

De Piscatoribus quibusdam.

PIscatores quidam ĉ mari rete trahebant, quod graue esse sentirent, lætitia gestiunt, putantes multos pisces habere irretitos, sed ut rete in terram traxerunt, pisces quidem paucos, saxum uero ingens reti inesse cum perspiciunt, longe tristantur. Quidam ex illis natu iam grãdis nõ inurbane socijs inquit, Animis estote quietis, quippe læ-

citiæ ſoror eſt mœſtitia, oportet enim caſus proſpicere futuros, illoſq; ut leuius quis ferat perſuadere ſibi eſſe cuncturos. ☞ Fabula ſignificat, quod qui reminiſcitur ſortis humanæ, in aduerſis minime frangitur.

☞ De Ranis regem petentibus.

RAnæ mœrētes qđ ſine rege forēt, Ioui ſupplicāt oratores mittūt, ut regē ſibi dedat. Iupiter earum ſimplicitatē cognoſcēs lignū in ſtagni mediū dimiſit, qđ cū in ſtagnū cecidit, eius ſonus ſupra modū terruit ranas, quæ cū, lignū eſſe nouerūt, rurſū Ioui ſupplicatū mittūt ut regē uiuū haud mortuū ſibi dedat. Iupiter ſtultis earū precibus motus, hydrū illis dedit ī regē. Is in diē cū ranas deuoraret tertio Iouē ranæ præcātur, ut regē ſæuū atq; īmanē ab eis amoueret. Tūc Iupiter inquit, quē tot precibus regē exoraſtis, cū uobis ppetuū habebitote. ☞ Fabula ſignificat, qđ ſæpe ea precamur, q̄ impetraſſe poſtea nos Pœnitet.

☞ De Cata in fœminam mutata.

CAta quædā ſpecioſi cuiuſdā adoleſcētis amore capta q̄ Venerē orauit, ut eā in hoēm muteret. Venus illius miſerta, in formā hoīs mutauit eā, q̄ cū lōge ſpecioſa eſſet, amator domū ſubito adduxit. Sed cū in cubiculo ſimul ſederēt: Venus experiri cupiēs, ſi mutata facie, mutaſſet et mores, in mediū cōſtituit murē quē cum illa proſpexit, oblita forma et amoris ſui, murē ut caperet pſecuta ē. quā ſupre Venus īdignata denuo eā priorē catæ formā mutauit. ☞ Fabula ſignificat, qđ homo nequā licet perſonā

mutet, mores tamem retinet eosdem.

De Sene mortem uocante.

SEnex quidã lignorũ fascem super humeros ex nemore portãs, cũ longa uia defessus esset, fasce humi deposito mortẽ uocauit: ecce mors aduenit, causãq; quamobrẽ se uocauerit, rogat: tunc senex, ut hũc lignorũ fascẽ super humeros mihi imponeres ait. Fabula significat, qđ quisq; uite cupidior est, licet millibus subijciatur periculis, mortẽ tamẽ semper deuitat.

De Muliere & Medico.

MVlier anus cũ ophthalmiã pateretur, medicũ ad se curandum accersit, certũ prætium sibi dare promittens, si eo morbo curaretur, si uero non liberaretur, nihil ei debere pacta est. Medicus uero quoties illã ibat curatũ toties quippiam e domo clam exportabat. Mulier igitur ophthalmia curata, cũ nihil suarũ rerũ domi esse ꝓspiceret medico mercedẽ pactã petẽti soluere denegat. Quamobrẽ uocata in iudiciũ, pactũ qdem non denegat, sed se curatam ophthalmia esse id uero ꝑnegat aiens, cũ cæca eram domũ multa supellectile refertã uidebam, nũc cũ uideo ut medicus ait, nihil rerũ domi esse prospicio. Fabula significat quod homines auaritiæ dediti, sibimet sæpius cõtradicunt.

De Agricola, & Canibus.

AGricola quidam magnitudine hyemis in suburbanis se locauit. Sed cum alimonia sibi deficeret, capris & ouibus primũ uesci cœpit. Cum uero in diẽ magis seuiret hyems, bobus quoq; nec pepercit, quod facinus cũ

animaducrtunt canes, inuicem uerba faciunt: Quid hic stamus inquiunt, cur mortem nobis incumbentem non fugimus? putamus ne eum nobis parcere uitam, qui alimoniæ gratia boues iugulauit. Fabula significat, quod eos fugere debemus, qui in charissimos crudeliter se ferunt.

De Agricola & filijs.

AGricola quã quãplures habuit filios cõtinua seditione discordes, ac eius admonitiones ppetuo negligentes. Cũ forte una domi oẽs sederẽt, iussit pater uirgarum fascẽ corã deportari, atq; natos cœpit hortari, ut integrũ fascẽ disrũperẽt. Cũ igitur fascẽ cũ totis uiribus frangere nõ possẽt: Genitor præcepit ut soluto fasce singulatĩ frangerẽt uirgas, cũ quisq; facile hoc pficeret, tũc facto silẽtio pater ait eis: si quãdo animis idem sentietis nati mihi charissimi, nec ab inimicis superari poteritis. Sed si inter uos seditiones seruabitis, qui uolet, is facile uos perdet. Fabula significat, qđ fortior est unio, quam seditio quæ est imbecillis.

Ingeniũ humanũ sitis spẽ habẽdi solicitat

De Muliere & Gallina.

VIdua quædam mulier gallinã habuit, quæ die quolibet pariebat ouum, putauit mulier more ingenij humani quod sitis habendi semper solicitat, gallinam illam die bis paritura si plus spẽltæ traderet ei solito. At gallina pluri alimonia pinguior facta id unum desijt parere ouũ. Sic mulier ex quo maius lucrũ quæritabat id cæca auri gendi cupiditate amisit. Fabula significat, qđ plurimũ cupiditate rerum, præsens quandoq; deperditur quæstus.

De Homine à cane morso.

HOmo quidã cũ eũ canis momordisset, sũmo cũ studio sciscitabatur, a quo sanari posset, quidã sibi obuiam factus atq; de medico rogatus ait: si uis amice fieri sanus, nõ est tibi opus medico. Nã si canis q te momordit, a uulnere lingua sanguinẽ terget, ista cura nihil potius reperiri potest. Alter aridẽs, uenustissime inq; si huiusmodi utor remedio in diẽ magis ac magis a cambus mordebor. Fabula significat, qd̃ ab hominibus nequã incõmoda p cõmodis, et mala p bñficijs retribui solẽt. De duobus amicis et Vrsa.

AMici duo dũ rus uiarunt, ursa eis obuiam occurrit, qua pspecta alter eorũ territus, ut se saluaret, cõtinuo arborẽ ascẽdit, alter cũ ursæ uiribus posse obsistere dubitaret, uti mortuus humi iacuit resupinus retinẽs flatũ atq; anhelitũ, cũ ne ore haud naso respiraret, ursa cũ exanimatũ existimãs abijt, dicũt enĩ a cadauere ursas oĩno se abstinere. Alter deinde ex arbore descendẽs, quid in aurẽ sibi dixerit ursa, sociũ rogauit. Ille urbano sermone respõdit, admonitus sum ab ursa, ut cũ huiusmodi amicis nõ pstoscar amplius. Fabula significat quod eorum amicitia colenda non est, qui cum est opus, amicis subsidia denegant.

De Adolescentibus duobus, & Coquo.

ADolescentuli duo æquis sumptibus carnes coemerunt, & curatum coquo tradiderunt. Obiter coquus dum alijs uocat negotijs, alter iuuenũ carnes eas clãdum accepit, ac socio tradidit. Coquo deinde carnes quæ

ritanti, qui acceperat, se haud habere iurat. Qui uero habebat, se non accepisse iurabat, coquus percepto iuuenum dolo ait. Et si fallor equidem a uobis, per quē uero iuratis res ista non latebit deum. Fabula significat, nullum scelus posse latere deum. ☙ De duobus inimicis.

DVo quidā gladiatorio animo inter se inimicitias habētes una in naui nauigabāt, et cū alter eodē in loco stare cū altero nō poteretur, unus in puppi, alter ī prora cōsedit Orta aūt tēpestate, cū nauis ꝑclitaretur, q in prora sedebat, rogat nauis gubernatorē, ī pars nauis submergi prius deberet, & cū gubernator puppim dixisset, ait ille Mors mihi modo molesta minime est, si inimicū meū prius mori ꝑspicio. Fab. significat qđ inimicus, ut inimicū perdat, seipsū perdere sæpius eligit. ☙ De Calamo, et Oliua

QVæ nā esset fortior durior et magis resistēs, cāna & oliua inuicē cōtētebāt: oliua calamo humilitatē obiiciebat, eo qđ uētis facile cederet, Huic dicto unū harūdo haud reddit uerbū. Paulo post turbine uchemēti aspirās ridicitus euulsit oliuā, totis uiribus sibi obsistētē. At cāna flatibus se inclinās, salutē facile ē assecuta. ☙ Fa. significat, qđ potētioribus sine cōtrouersia mos ē ī tēpore gerēdus.

☙ De Vitula & Boue.

VItula cum bouem arantem prospiceret, illū præsentem quæ nihil agebat contempsit. Sed cū immolationis affuit dies, bos quidem missus, uitula uero ut imolaretur retenta est. Quam rem bos cōspicatur, subridens ait: heus

ultulo ideo non laborabas, ut immolareris. Fabula significat, qd̄ otiosis et nihil agētibus pericula quoq; imminent.

De Puero & Fortuna.

CVm puer quidā iuxta puteū dormiret, fortuna illuc accedēs illū excitauit inqens, surge et hic ocius abi, quippe in puteū si caderes, nō tuā inscitiā sed me fortunā oēs accusarent. Fab. significat, quod frequētia pericula culpa nr̄a incurrimus, deinde abs re fortunam accusamus.

De Muribus, & Cato.

DOmo quapiam quod ꝑ plures forēt mures, catus præsentiēs, illuc accessit, atq; nūc unū nūc aliū capiēs cō plures interimēdo comedit. Verū muros cū se in diem consumi ꝑciperēt, ad unū coacti inquiūt secū, de cætero inferius nō esse descēdēdū, si nolumus perditū iri oēs, sed hic superius manēdum, quo catus ascendere non potest. At catus consilio murum ꝑcepto, simulans se mortuū esse, posterioribus pedibus se ad palum suspendit, qui fixus parieti erat, e muribus quispiam deorsum acute prospiciens, ut catum esse cognouit, haud infacete ait. Heus amice, & si te follem esse certo scirem, deorsum minime descenderem. Fab. significat, qd̄ uir prudēs semel si fallitur, fictis & simulatis hominibus non amplius fidit.

De Simia, & Vulpe.

APud brutorum animalium concilium, simia ita apposite saltauit, quod omnium fere consensu rex statim fuit creatus. At Vulpes inuidens ei, ubi uiderat carnes

laqueo in fouea sitas, illuc simiam ut duxit, inqt ad eã; Hic thesaurus abscõditus est, q ex lege spectat ad regẽs, quare cũ tuus ex lege sit, tute ipse capias illũ. Simia uulpis suasu illuc temere accedẽs, ut se captẽ laqueo sensit, uulpẽ acriter accusat, q̃ dolo se deceperat. Ei uulpes haud illepide ait, heu stulta, q̃ cũ fortuna te extulisset, dominari cæteris iam te putabas dignã. Fab. significat, qd q temere quippiam aggreditur, temere in aduersa incidit ac uulgo ridiculus fit.

De Ceruo & Leone.

CEruus uehemẽti siti cũ uexaretur, ad fontẽ proficiscitur, dũq; potat, suã in aqua ꝓspiciens umbrã, ualde lætatus est magnitudine cornuũ ac ramositate, deinde pedes et crura ꝓspiciẽs nimiũ tristatus est. Hæc dũ aĩo uertit, ecce leo apparet ac ceruũ ꝓsequitur. Ac ceruus fugam arripiens, leonẽ ꝑ campos longe ante ibat. Dicũt enim ceruorum uires consistere in pedibus; at leonis in animo stare robur. Quousq; igitur leo ꝑ campos secutus est ceruũ, eũ assequi nõ potuit. Casu uero cõtigit ceruũ nemus intrare, ubi cornibus ad ramos implicitis, cũ fugere nõ possit a leone captus, cũ se moriturũ uideret: Heu me miserũ inquit, q cornibus gauisus, ipsis cornibus pereo, Fab. significat, qd quæ putamus nobis profutura, ea nobis sæpius obsunt.

De Agricola & Pelargo.

AGricola laqueos in agro tetendit, ut grues, & anseres uenaretur, qui sata sua cõtinue depascebãt. At simul cum illis uenatus est pelargum, qui pede tentus

rogabat agricolam, ut eũ ſoluat, miſſumq; faciat cũ non ſit grus, nec ſpecie anſer, ſed pelargus auium piſſimus, qui parentibus ſemper deſeruiat, nec illos in ſenecta deſerat unquam. Ei agricola ſubridens ait. Quæ dicis haud me fugiunt, nam qui ſis, probe teneo, ſed his ſimul captus cum ſis, his quoq; ſimul eſt moriendum.

Fabula ſignificat, quod qui cum improbis quopiam deprehenditur crimine, pari pœna plectitur cum illis.

De Agno & Lupo.

AGnus in domo bene clauſa exiſtens, cũ lupum ad ſe ueniẽtem ꝓſpicit, illũ conuitijs, & maledictis proſequitur. At lupus inqt ei, nõ tu ſed locus inacceſſibilis mihi conuitia dicit. Fabula ſignificat, quod locus & tempus faciunt timidos perſæpe audaces

De Ioue & Coruo.

IVppiter uolatilibus regẽ creare uolẽs, diẽ concilij auibus indixit, ut q ſpecioſior eſſet, rex ſibi cõſtitueretur. Quã rem præſentiẽs coruus, ab ſuæ deformitatis conſcius pẽnis aliorũ hinc inde collectis ſe decorauit, ac ſpecioſiſſimum omniũ ſe reddidit. Adeſt dies præfinitus, ueniunt ad cõciliũ aues. Iuppiter coruũ ob pulchritudinẽ cũ rege auibus creare uellet, id aues indigne ferentes, quæq; ſuas a coruo extrahũt pẽnas. At coruus alienis pẽnis cũ eſſet exutus, coruus ut erat demũ remãſit.

Fabula ſignificat, quod qui rebus pendet alienis, illis amiſſis, quiſnam ipſe ſit, cuiq; liquido patet.

De Tubicine quodam.

TVbicem quidã tubæ ſonitu pugnatũ ciebat exercitum Ab hoſtibus deinde p inſidias captus miſerãda uoce clamabat: Ne abs re ac fruſtra occidere me uelitis, ego qdẽ nõ pugno, nec præter tubã, quippiã aliud poſſideo. Qui eũ uinctũ ducebãt, huiuſmodi uerba cõtra reddiderũt. Hãc ob rem morte dignior es iudicãdus, quod cũ hoſtibus manũ cõ ferre deuitas, alios ſonitu ad pugnã hortaris. Fab. ſignificat, qd grauiori pœna ſũt iudicãdi, q cũ ipſi iniuriã nõ agãt, alios ad iniuriã agẽdã impellũt.

De Fabro et cane.

FAber quidam catulum habebat, qui dum ipſe ferrum cuderet, cõtinue dormiebat. Cũ uero mãducabat, canis ſtatim ſurgebat, & quæ ſub menſa erant deiecta ceu oſſa & alia huiuſmodi, ſine mora corrodebat, quã rem animaduertens faber ait ad canem, heus miſer quid faciam neſcio q dũ ferrũ cudo, cõtinuo dormis et ſegnitia teneris. Rurſus cũ dẽtes moueo ſtatim ſurgis, et caudã mihi applaudis.

Fabula ſignificat, quod ſecordes & ſomnolenti, qui ex aliorũ uiuunt laboribus, graui cenſura ſunt coercendi.

De Mula quadam.

MVla quædam nimio ordeo pinguis effecta, nimia pinguedine laſciuiebat, ſecũm inquies. Pater mihi equus fuit, qui curſu celerrimus erat, & ego ei per omnia ſum ſimilis, parum poſt contigit, quod oportuit mulam quantum potuit currere, ſed cum curſu ceſſauit, heu me miſeram inquit, quæ equi filiam me eſſe putabam.

nūc nemini asinū mihi patrē fuisse. ☞ Fa. significat, quod stulti in prosperis seipsos dediscūt, sed in aduersis suos persepe recognoscūt errores. De Thynno, & Delphino.

THynnus cum eum delphinus persequeretur, magno elatus impetu ac stridore, a uehementi fluctu in insulam defertur, eundemq; in scopulum à fluctu eodem Delphinus dum se putat capere Thynnum, ipse quoq; defertur. Thynnus couuersus cum Delphinum expirantem animam perspicit, secum ipse ait: mors mihi molesta admodū non est, ex quo mortis authorē mori simul mecū perspicio. ☞ Fabula significat, quod quiuis aduersa leuius fert, cū aduersitatum authores eadem aduersitate opprimi ꝑspicit

☞ De Medico quodam.

MEdicus quidā cū quē curaret ægrotū, eū mori cōtigerit, efferētibus funus aiebat. Vir iste si se uino abstinuisset, & clysterijs usus fuisset, eū mori nō cōtigisset, ex his q adcrāt quispiā medico haud insacite ait, Heus medice, ista cōsilia cū prodesse quibāt dicēda fuerūt, nō nunc, cū nihil ualeāt prodesse. ☞ Fabula significat, qđ ubi haud ꝑdest consiliū, id eo tēpore dare, est sane amicū deludere.

☞ De Aucupe.

HVceps aucupatū calamis uiscoq; tetendit, & tum turdum canere arboris desuper ramū aspexit, ut eum caperet, calamos erexerit. At inter ambulandum pede altero uiperam calcauit, morsusq; ab ea, cum iamiam ob uenenū se deficere persensit: Heu me miserū ingemuit, qui

dum aliū capere festino, alter ad mortē ne ēst auceps.

Fabula significat, quod quæ contra alios facere nitimur, ea persæpe ab alio ipsi patimur.

De Castore.

CAstor est āal quadrupes, qui in paludibus se nutrit, cuius testes uarijs medelis utiles esse dicūtur Itaq; cum quispiā cū se qtur, suæ persecutionis causā nō ignorās, ad pedū uelocitati fidens, quātū potest fugit, usq; quo ad locū ne uideatur, saluus deueniat, atq; ibi testes excidēs, in ue, natores cū sibi appropinquāt, piscit. Et isto pacto a uenatoribus se eripit. Fab. signi, qd̄ sapiēs ut a periculis se eripiat, nihil intētatū deserit. De Puero oues pacēte.

PVer qdā cū oues eminentiori in loco depascēret, sæpius clamabat, heus o a lupis mihi succurite. Qui cū aderāt cultores agrorū, cultū omittētes, ac illi occurrentes, atq; nihil esse cōperictes ad opera sua redcūt. Cū plureis puer id ioci causa fecisset, ecce cū lupus p certo adesset, puer ut sibi succurratur serio clamat Agricolæ id uerū nō esse putātes, cū minime occurrerent, lupus oues facile perdidit. Fabula significat, qd̄ q cognoscitur mētiri, ei ueritas postea nō creditur. De Coruo & Vulpe.

COruus cū carniū frustum rapuisset, arborem quēdam super sedit, uulpes cū suspiciens, atq; carnes sibi cupiens, illā arte aggreditur. Stans igitur sub arbore, cōuū laudare cœpit, dicens: O q̄ magna auis est hæc, q̄ speciosa, q̄ uenatrix, q̄ formosa, hanc decuit esse auium regem. Na-

oia regia sup alias sibi sut aues, si modo uocē haberet. His laudibus coruus inflatus, et dici mutus haud ualēs pati ulterius dū magna uoce crocizat carnes humi decidūt illas eū uulpes rapuisset, cōuersa inqt ad coruum. Heus corue oia decora tenes, modo mēte haud careres. Fab. significat qđ q adulatoribus nimiū credūt, hi quæ nō putāt, in aduersa sæpius incidunt.

De Cane & Lupo.

CAnis cū ante aulā dormiret, lupus supueniēs, eū statim cepit, & cū ipsū occidere uellet, canis ne eū occideret rogauit, inquiēs: Here mi lupe, nūc me occidere noli nā ut uides, tenuis sū, gracilis et macilentus. Sed herus meus nuptias in proximo facturus est, ubi si parū me expectas, ego opiparē māducās, atq; pinguior factus ore tibi utilior. Lupis his uerbis fidē habēs, canē dimisit. Paucos post dies lupus accedēs, cū canē domi dormitem repperit, stās ante aulā canē rogat, ut sibi pmissa præstet. Ei canis haud rustice inquit: Heus lupe, si ante aulā de cætero me repereris haud amplius nuptias expectes. Fab. significat qđ sapiēs cū periculū uitat, ab illo postea continuo cauet

De Coruo ægrotante.

COruus cum ægrotaret, matrē rogauit, ut sua pro sanitate deos precaretur, inquiēs: Mater noli plorare sed deos potius precare, ut sanitatē mihi restituāt. Ei mater scite respondit, quem deorum tibi fore propitiū putas cum nullus sit, e cuius aris sacra non rapueris.

Fabula significat, quod qui in prosperitate quemuis

offendit, in aduersis amicum sibi reperit neminem.

De Cane carnes portante.

CAnis ore ferẽs carnes, ac flumen trãsiẽs, cũ sub aqua umbrã ꝓspexit, putauit aliũ esse canẽ, q̃ plus carnium deferret. Itaq; quas ipse ferebat, eas carnes sub aquas ire dimisit, et ut umbrã caperet, se mouit, sed carnes et umbrã q̃ sane nihil erãt, simul perdidit. Fabula significat, quod cupiditate plus sẽper habẽdi, quæ ꝛc nemus, ea sæpenumero perdimus.

De Leone & Rana.

LEo cũ ranã magniloquacẽ audiret, putãs aliq̃ magnũ aãl esse, se retrouertit, parũq; stãs, ranã a stagne exeũtem uidet, quã indignabũdus statim pedibus calcauit, aiens nullũ ãplius ut te ꝓspiciat aãl clamore mouebis. Fabula significat, quod apud uerbosos, præter linguam nihil reperitur.

De Leone sene.

LEo cũ senuisset, nec uictum sibi quærere posset, uiam machinatus est. q̃ alimenta haud sibi desint. Ingressus igitur speluncam, grauiter ægrotare iacens simulabat. Animalia illum uere ægrotare putantia, uisitandi gratia ad eum accedebant, quæ leo capiens singulatim manducabat. Oũ multa animalia iam occidisset, uulpes leonis cognita astu, aditũ spelũcæ accedẽs, leonẽ quo ualeat pacto exterius stãs rogat, ei leo blande respõdens ait: Vulpes filia, cur nõ intro ingredieris ad me? Ei uulpes nõ illepide ait, quoniã here mi, animaliũ ingredientiũ perplura equidem uestigia cerno, sed egredientiũ uestigia nulla. Fabula signi-

ſicat, quod homo prudens quia pericula eminentia proui-
det, illa facile deuitat. ☙ De Leone & Tauro.

LEo ingẽtẽ taurũ p̃ inſidias ſequẽs, cũ ppe acceſſit, eũ
uocauit at cœnam, inquiẽs amice, ouẽ occidi, hodie me
cũ ſi placet cœnabis. Taurus leoni morẽ gerẽs, ut diſcubue
rũt cũ multos lebetes, necnõ magnos et plures obeliſcos pa
ratos cõſpiceret, et ouẽ ibi nullã adeſſe, e uestigio abiit quẽ
leo abeũtẽ p̃ſpiciẽs, cur abiret rogauit. Ei taurus haud in-
urbane reſpõdit, nõ de nihilo eq̃dẽ abeo, cũ inſtrumẽta nõ
ad ouẽ, ſed ad taurũ coquẽdũ uideã eſſe parata. Fabu-
la ſignificat, quod boẽs prudẽtcis minime latent improbo-
rum artes. ☙ De Leone, Aſino, & Vulpe.

LEo, aſinus, & uulpes cõflata inter ſe ſocietate, uena-
tũ exeũt: cũq̃ multã prædã cepiſſẽt, leo aſino mandat,
ut prædã diuidat Aſinus cũ eã in tres partes æquales eſſet
partitus, optionẽ capiẽdi ſociis dedit, quã partitionẽ leo
indigne ferẽs, ac dẽtibus frẽdẽs, a diuiſiõe depoſuit eũ, mã
dauitq̃ uulpi, ut prædã ipſa p̃tiretur. At uulpes illas tres
partes in unũ colligẽs, ac prede nihil ſibi ſeorſũ relinquẽs
leoni oĩa tradidit. Tũc leo uulpi ait, q̃s te partiri edocuit?
Iquit ex tẽpore uulpes, aſini periculũ id me facere iſtruxit
☙ Fabula ſignificat, qđ aliorũ pericula hoĩes faciũt cauti
ores. ☙ De Leone cuiuſdã ruſtici filiam amante.

LEo cuiuſdã ruſtici filiã amabat, illã cum habere cupe-
ret, patrem uirginis rogauit, ut ſibi nubere ipſam aſ-
ſentiret. Ei ruſticus ait, nullo pacto ſe aſſenſurum quod

filia bestiæ nubat, cũ illũ Leo torue aspiceret, ac dentibus frẽderet. Rusticus mutato cõsilio ait: se cupere ei filiã nubere, modo dẽtes et ungulas prius cædat, eucllatq;, quoniã uirgo illis rebus longe terretur. Leo id postquã præ nimio amore fecit, rusticũ audiẽs, filiã sibi dari postulat. At rusticus leonẽ cũ ungulis et dẽtibus ꝑspicit inertẽ, arrepto fuste illũ frequens pulsando persequitur. Fab. significat quod qui inimicis se committit, de facili perit.

De Lœna & Vulpe.

LEena cum a uulpe sæpius exprobaretur, quod quolibet partu unũ dũtaxat parceret catulũ, ait: Vnum sane, at pol leonẽ. Fab, significat, qđ pulchritudo haud in inopia rerũ, sed in uirtute consistit.

De Lupo & Grue.

LVpus in gutture osse retento, cum longe cruciaretur, grui pretiũ obtulit, si illud e gutture extraheret. Grus rostro cum os e gutture extraxit, præcium sibi promissum expostulat, Ei lupus subridens, simulq; acuens dentes ait, satis pretij tibi esse debet, quod ex lupi ore caput sine læsione eduxeris. Fabula significat, quod apud improbos gratitudo non parua habetur, si pro obsequio quis detrimentum non recipit:

De Lupo & Agno.

LVpus cum agnum inuenisset errantem, cum non cepit fortissima manu, sed causam quæsiuit, qua iure uel iniuria eum comederet, igitur agno uerba huiusmodi fecit. Tu mihi abunde iam diu intulisti iniurias. Agnus

gẽdo ait, quo modo it fieri potuit, cũ nuprime uenerim ad lucẽ: Lupus denuo ait: Agrũ mihi pascẽdo deuastasti. Agnus inquit ei cũ dẽtibus etiã carcam, id facere nequit. Lupus rursũ ait: Ex meo quoq; fonte bibisti. Ei inqt agnus quo pacto id fieri potuit, cũ aquã ex ætate nondũ biberim, sed lac matris cibus & potus ad hũc mihi sit. Lupus demũ ira concitus ait, licet tua solucre nequeã argumẽta, cœnare tamẽ opiparc intẽdo, agnumq; cepit, ac illũ manducauit.

Fabula significat, qd apud impbos ratio & ueritas locũ haud habent.

De duobus gallis intra se certãtibus.

DVo galli inter se ruri certabant, qui gallinarũ prior dux erat, cum ab altero superatus esset, præ uerecundia se abscondit, alter uero uictoria elatus, domus tectum statim superuolans, uehementi alarum plausu cantuq; significat se riualem suum pugnando superasse, & de aduersario ferre tropheũ, dum hæc & huiusmodi iacta bundus uoce crocitat: ecce aquila sibi indiga, ex alto deuolans, gallum unguibus rapit, ac pullis suis in alimoniã contulit. Quam rem qui uictus fuerat gallus prospiciens, ceu ex hoste triumphans, in publicum uenit, ac solus gallinis libere potitur. Fabula significat, quod qui prosperis nimium fidit, in aduersa sæpius præceps incidit.

De Vate quodam.

FOro urbis medio quidam uates, cuius sortem apericbat futuram, quamobrem magna hominum frequentia stipatus, dum uni & alteri suam aperit sortem, ci

nunciatur, res suas furtim domo esse ablatas, quo audito domum curriculo dū abit, quidā ei obuiā factus ridicule ait Cum alios quid esset futurum moneas, qui tuæ sortis ne, scius fuisti. ☞ Fabula significat, quod hoīes nequam corrigunt alios, & sua crimina scire se negligunt.

☞ De Formica & Columba.

FOrmica sitiens in fontē descēdit, ubi dum bibere uult in aquam cecidit. Columba quædam arborem fonti eminentem supersedens, cum formicam aquis obrui conspiceret, ramulum ex arbore rostro continuo frangit, ac sine mora deijcit in fontem ac quem formica se applicans, ex aquis in tutum se recipit. Obiter auceps quidam aduenit, & ut columbam uenetur, calamos erigit. Formica id percipiens pedem alterum momordit aucupis, eo dolore auceps concitus, calamos demittit, quorum strepitu columba territa, ex arbore aufugiens, uitæ periculum euasit.

☞ Fabula significat, cū brutaī beneficos grata sīt, eo magis esse debēt, q ptices sūt rationis. De Vitulo et Cerua.

VItulus ceruæ aliquando ait, cum magnitudine sis maior canibus, & pedū celeritate cursu uelocior, & ad pugnā longe cornibus munitior, cuius rei gratia metuer, tantoperę canes reformidas? ei cerua inquit subridens Quoniā fili, licet quæ dicis, oīa possideam, canum latratum ferre nō possum, sed præ timore fugam statim arripio.

☞ Fabula significat, qđ q natura timidi sūt, eos ut audeāt nulla uelet hortatio. ☞ De Ape & Ioue.

APes quæ ceræ mater existit, quondã accedẽs ut diis sacra faceret: Ioui donũ obtulit mellis. Qua oblatione Iupiter lætus, iussit sibi concedi quicqd ipsa precaretur. Apes igitur rogans, ait: Illustrissime deus deorum, ancillæ tuæ cõcedere uelis, ut quicũq; ad alueare ꝑ rapiẽdo melle accesserit, is simul ac pupugero eũ, cõtinuo moriatur Qua rogatiõe Iupiter ambiguus, quoniã genus mortalium longe amabat. Demũ api ait: Satis sit tibi: qd̃ quicũq; alueare ꝑ rapiẽdo melle accesserit, si eum pupugeris, & in punctura stimulũ dimiseris, continuo ipsa moriaris, tibiq; uita sit ipse stimulus. Fa. significat, qd̃ inimicis, quãdoq; mala præcamur, q̃ in nos sæpius uertũtur.

De Musca.

MVsca quæ in ollam carnium deciderat, cum se in brodio suffocari sensit, secum ipsa ait: Ecce tantũ bibi, tantum comedi, tantum me laui, quod iure satura mori possum. Fabula significat, quod prudentis est id potenti animo ferre, quod uitare minime potest.

De Adolescente quodam & Hirundine.

ADolescens luxuriosus, cũ bona patris cõsumpsisset solaq; uestis remansisset, uisa ante tempus hirundine, æstatem iam adesse existimans, ipsam quoq; uendidit uestem. Sed hyeme denuo orta, cum immenso cruciaretur frigore, uisa rursum hirundine, quæ et ipsa a frigore obibat ait: O pessima auis, quæ me & te pariter perdidisti. Fabula significat, quod quæ suo tpe non fiuut, ea diu stare nequeunt.

De Aegroto & Medico.

AEger a medico rogatus quo pacto se habuisse, plus quã esset opus se sudasse respõdit. Id bonũ fuisse, medicus ait. Secũdo rogatus ab eodem quõ se haberet, inqt ægrotus, uehemẽti frigore fuisse cõpræhẽsum. Id ad salutẽ fore medicus quoq; ait. Tertio ab eodẽ rogatus quo pacto se habuisset. Inqt ægrotus, cũ difficultate digerere potuisse Rursus medicus ait, id ad salute optimũ fuisse. Deinde ex domesticis cũ qdã ægrotũ interrogaret, quomodo ualeret. Illi æger ait: Signa ad salutẽ ut medicus ait, pplura et optima sunt, illis tñ dispereo signis. Fabula significat, qs ad uoluptatem loquuntur, illis aures præstare quis non debet.

De Lignatore quodam.

LIgnator quidã dũ iuxta flumẽ deo Mercurio dicatum ligna cæderet, securis casu decidit in flumẽ. Multo igitur mœrore cõprehẽsus iuxta fluminis ripam gemẽs cõsedebat. Mercurius misericordia motus lignario apparuit, suiq; fletus causã rogauit: quã simul ac didicit, securim aureã deferẽs, utrũ quã pdiderat, illa esset rogauit, at eã pauper suã esse negauit. Secũdo Mercurius alteram detulit, argenteã, quã cũ paup ille suam quoq; esse denegaret. Postremo Mercurius ligneã sustulit, illã suam esse cũ pauper asseueraret, Mercurius cognoscens illum esse hominem uerum iustumq; oẽs sibi dono dedit. Accedens igitur ad socios lignarius, quod sibi acciderat aperit. Vnus ex socijs id experiri uolens, cum ad flumen accessisset, securim in aquam dejecit, deinde flẽs in ripa cõsedit, cuius Mercurius fletus

causā doctus, securī aureā afferens si quā pdiderat illa ne esset, rogauit: quā cū suā esse assereret, Mercurius cognita eius īpudētia ac mēdacio, nec aureā, nec suā quoq; tradidit Fab. significat, qd quāto deus ppitior est pbis, eo impbis existit infestior.

De Asino & Ioue.

ASinus olitori cuidā seruiēs, cū multū comederet, & parū laboraret, Iouē exorauit, ut aliū dñm sibi mutaret. Itaq; Iupiter mādat ut figulo ueneat. Apud quē asinus cū laboraret, in deportādo lutū, lateres, tegulas, et huiusmodi, secūdo Iouē precatur, ut alio deseruiat dño. Iupiter iterū mandat, ut coriario uenūdetur. Cui asinus multo cū labore & pauco cibo seruiens, heu me miserū cū gemitu ait: Quis dño, omittens meliores ad deteriorē pueni, apud quē ut uideo, corium meum etiam post mortem cruciabitur Fabula significat, quod priores dominos tunc serui desyderant, cum deteriores experiuntur.

De Leporibus & Ranis.

LEpores in unum simul conuenerunt, ubi cum de miseria ipsorum innata dolerent gemerentue, quod uita eis, quam cæteris animalibus data esset miserior, quoniam homines aquilæ & canes ad mortem eos usq; persequerentur, decernunt, melius sibi fore semel mori, quam in uita tam misera diutius permanere. Hoc certo consilio, ut se in stagnū præcipitent. Dum ocius tendunt, ranæ quæ super stagni ripa astabant, ut strepitum audiunt in stagnum desiliunt, seq; aquis submergunt, quam rem qui lepus præ-

bat cũ cõſpicatur, reliqs ait: ſtate, nã nobis ſentẽtia mutãda eſt. Quippe ut liqdo uidetis ãalia, quã nos, magis timida reperiũtur. Fab. ſignificat, qđ cũ miſer miſeriorem ſpicit, ſuã æquius miſeriã ferat.

De Aſino & Equo.

ASinus cũ equõ alimonia et ocio diligenti cura abundare perſpiceret, eũ longo beatũ eſſe cõmendabat, ſeq; nimiũ infelicẽ dicẽbat. Qui cũ multũ laboraret, ad ſecuritatẽ de paleis haud haberet. At cũ tẽpus belli aduenit miles armatus equõ aſcendit, ac cũ medios decurrit in hoſtes, equus mucrone percuſſus, cadit humi ꝓſtratus. Quẽ aſinus ꝓſpiciens ingemuit, eiusq; miſertus ſui animi ſentẽtiam mutauit. Fab. ſignificat, qđ cũ pauꝑtate quæ mater eſt qetis qs cõuenire debet, potius q̃ locupletioribus inuidere.

De Aſino & Lupo.

ASinus quidã pede altero ſentem calcauit, claudusq; factus, cum lupum ad ſe uenientem cõſpiceret, nec fugere poſſet, miſerabili uoce inquit. Heus lupe demorior equidem e dolore, ſed ex quo opus eſt ut tibi & coruis futurus ſim cibus, obſecro quatenus tua benignitate ſentem e pede uelis extrahere, ut munere tuo extremum ſine dolore obeam diem. Dum ſentẽ dentibus lupus euellit, aſinus cum calce percuſſit. Lupus deinde naſo, fronte, ac dẽtibus ꝓfractis, heu me miſerum exclamat, iure hoc patior deplorando reiterat, qui cum eſſem coquus, medicus eſſe uolui.

Fabu. ſignificat, quod quam quisq; nouit ea ſe exercere arte.

De Muliere & Gallina.

MVlier quædã gallinã habebat q̃ aurea continuo ouã pariebat, putãs igitur totã intus aurcã ẽsse illã, occidit. Sed cũ alijs gallinis esse similem reperit, ubi diuitias fore putauit, quẽ primo quæstũ habebat, cum plus habẽdi cupiditate amisit. Fabula significat, qđ plus habendi cupiditate id sæpe perdimus qđ habemus in manibus lucrum.

De Rana & Vulpe.

RAna palude existẽs, cæteris aĩalibus clamãdo cũ pfiteretur se medicã ẽe, pharmacorũq; peritã, ei uulpes uenustissime ait: Qui alios curaueris? cũ claudicãtẽ curare te nescias. Fab. significat, qđ alios docere quis non potest id, qđ haud didicerit.

De Serpẽte & Agricola.

SErpens ante agricolæ cuiusdam domũ latebras habẽs cum ab agricolæ filio esset, percussus, tã acriter ipsum momordit, quod morsu ex illo puer repente obijt. Hac re cognita, magnus inter parentes gemitus oritur. Tunc pater mœrore concitus accepta securi, serpentem ut occideret pſequitur, uibransq; securim, ut serpentẽ percuteret, extremũ caudæ eius cecidit, deinde uolens pacẽ cũ serpẽte cõficere acceptis farina, aqua, sale, & melle, ad reconciliandam inter se amicitiã uocat serpentem. Ei serpens sub petra latẽs, sibilãdo ait: Frustra laboras boni uir, nam inter nos amicitia fore nõ potest. Quippe dũ me sine cauda aspexero, & tu tui filij sepulchrũ, quieti, aĩo esse nequibimus.

Fabula significat, quod cum inuriarum recens

uel maxime extat memoria, odia tolli minime queunt.

De Gallina & Vulpe.

VVlpes gallinarum tugurium ingressa, cum gallinam nido ægrotantẽ aspexit, eã rogauit quomodo ualeret. Cui gallina prompte respondit meliuscule me habere si hĩc abires soror. Fabula significat, qđ inimicorum præsentia nimium est molesta.

De Viatore

VIator qdam cum multã uiam uiasset, uotũ Mercurio uouit, quod si qđ reperiret, eius rie mediũ sibi offerret. Forte igitur adinuenit peram amigdalis dactylisq; refertã, & cũ putaret id esse argentũ perã capiẽs amigdalarum nucleos & carnes dactilorũ ipse comedit. Deinde templũ Mercurij ingressus, atq; ară manibus tenẽs, uerbis ridiculis inqt ad eũ. Votũ Mercuri nũc psoluo tibi. Nam quas eqdem res adinueni, earũ tibi offero mediũ, ossa scilicet dactylorũ ac testes amigdalarũ. Fabula significat quod hoĩes auaritia deorũ efficit contemptores.

De Leone & Homine.

LEo & homo cũ semel simul uiã uiarẽt, ac inter uiãdũ se quisq; uerbis cõmendaret, ecce lapidee ocurrunt columne, in quibus erat incisũ, qđ homo suffocabat leonẽ, qua sculpturã homo leoni ostẽdẽs ait, hic uideri licet, quãto homines leonibus, ac feris oĩbus præstãtiores sũt, ac robustiores. Ei leo prõpte respõdẽs inqt. Si apud leones essẽt ceu apud hoĩes, q sculpere scirent, plures a leonibus homines qđ ab hominibus leones suffocari sculptos uideres.

Fabula significat, quod homines iactabundi fingunt se fecisse quæ facere nunquam tentarunt,

De Vulpe quadam.

VVlpes cũ racemos uuarũ plenos iam ac matu rescẽtes ꝓspiceret, cupida de illis mãducare, omnẽ uiam machinata est, qua illos cõprehẽdere posset. Sed cũ omnem uiã frustra tentasset, nec de sidcrio suo satis facere quiuisset, mœstitiam uertẽs in gaudiũ ait: Racemi illi adhuc nimium sunt acerbi. Fabula significat, quod prudentes est fingere se ea nolle, quæ consequi non posse cognoscit.

De Puero & Scorpione.

PVer quidã ruri uenabatur locustas, et cũ Scorpionẽ capere uellet, Scorpio simplicitate eius cognita, ait ei. heus Puer, dege in pace, ac manũ abstine si nõ uis tutus perire.

Fabula significat, quod qui ad utranq; partem cogitat, is quæ sequi & quæ uitare debeat probe tenet.

De Venatore & Perdice.

VEnator quidam cum quam ceperat Perdicem occidere uellet, perdix gemens huiusmodi uerbã fecit ad eum. Heus perdicũ auceps: si me missam feceris, ac uitã donaueris, alias perplures conducam tibi perdices. Ei auceps apposite respondit. Nunc eo magis occidi dignam iudico, quod amicos per insidiat perdere pollicetis.

Fabula significat, quod qui sibi charos perdere dolo quærit, is præceps in pericula incidit.

De Lepore & Testudine.

TEstudo cũ eius pedes lepus derideret, subridẽs inqt ad eũ, si periculũ in cursu feceris, quod quẽ tu uelocior sim, liquido cognosces. Cui lepus ait, te ꝓfecto fugit, quid mei ualeãt pedes, sed iudicẽ iligamus, q cursũ & terminũ nobis diffiniat. Igitur eligũt uulpẽ brutorũ oim sagacissimam, quæ ut locũ & cursus terminũ cõstituit, testudo omni segnitie ac negligẽtia semota, iter arripiẽs haud quieuit, donec ad terminũ ꝑuenit. Lepus uero pedibus fidens, ubi paululũ quieuit, sõno excitatus, quãtũ pedes ualuerũt ad terminũ cucurrit, ibiq; cum testudinẽ quiescentẽ reperit, se cum rubore fatetur a testudine superatum.

Fabula significat, quod studio & diligentia, non corporis uiribus, res uel maxime conficiuntur.

De Salice & Securi.

SEcuris cũ salicẽ cederet, ex ea ipsa cuneos fecit, qbus salicẽ facilius scinderet. Quã rẽ præsẽtiens salix gemẽs ciulãsq; ait. Nõ tantũ de securi queror, que hominum manibus mescindit, quãtũ de cuneis, q fiũt ex corpore meo

Fabula significat, quod in aduersis, nõ ueri amici infestiores amicis, quam inimici sæpius reddunt.

De puero qnodam fure.

PVer quidam e ludo literario librum socio clã auferẽs suæ matri tradidit illũ: quẽ mater cum libenter accepisset, nec filium castigasset, rursus puer alij uestem clam abstulit, atq; matri quoq; detulit, quã cũ mater etiam libenter accepisset, puer castigatione carens, cum plura in diẽ ac ma

lora crescentibus annis furaretur, demum publice captus ceu forti reus, per quæstores publice dānatus est mortis. Sed cū ad locum iustitiæ ducceretur, cumq; mater gemenda sequeretur, impetrata uenia ut matri ad aurem unū loqui uerbum ualeret, ad eam cōuersus, atq; os auri matris adhærens, uti quippiam secreto dicturus, aurē dentibus sibi abscidit. Mater uero præ dolore exclamās, mala sibi inprecatur. Tunc q cum ducebant, cū supra modū criminarentur, non solum furti, sed quod tam impius fuerit in matrem. Ille absq; rubore inquit ad eos. Nemini uestrum sit mirum quod aureum matris dentibus abscidit Ipsa enī huius meæ perditionis author & causa est. Quippe si me castigasset, cum ei librum detuli quem socio e scholis primum clam abstuli, omissis præ timore uerberum furtis, ad hoc in præfētia genus turpissimæ mortis non peruenissem.

Fabula significat, quod qui in delinquendo ab initio non castigatur, facinorosior in diem efficituur.

De Pastore & Mari.

PAstor quidā iuxta luttus maris, pecudes pascens, cū mare ipsū semel placidū aspiceret, nauigādi studio captus, oues p dactylis cōmutauit, qbus naui impositis, cū altū iā nauigaret, & tempestate sine spe salutis fluctuaret, quæ in naui sunt, ea oīa proiecit, atq; in portū uix se recipit. Denuo cū oues pasceret, ac rursus mare tam trāquillū uideret, suo cōsocio ipsam maris tranquillitatem cōmendā ridicule ait mare iterum dactylos cupit.

Fabula significat, quod usus & peritia nos reddunt in periculis cautiores. ☙ De punica & malo arboribus.

PVnica & malus arbores de pulchritudine contendebant, cum diu inter se uarijs, & acerbis contentionibus certassent, rubus ex proximo sæpe huiusmodi contentiones accipiens, accessit ad eas, atq; inquit. Satis iam satis certatum inter uos est, quiescite admodum & contentionibus finem imponite.

Fabula significat, quod minores maiorum lites sæpe numero componunt. ☙ De Talpa & Matre.

TAlpa cæcum natura animil est. Hæc aliquando matri ait. Ingentem sentio odorem, parum post rursum ait excelsum aspicio fornacem. Tertio item ait malleorum sonitus audio fabriles. Ei mater comiter ait: Heus filia, tu uti percipio, non solum oculis, sed naso & auribus orba existis. ☙ Fabula significat, quod homines iactabundi, cum magna profitentur, tunc uel maxime in minimis redarguuntur.

☙ De Vespis, Perdicibus, & Agricola.

VEspe semel & perdices siti concitæ, cum simul cõuenissent, ad rusticum quendam tẽdunt, potum ab eo petentes atq; pollicentes, quod sibi pro aqua largãre ferrent gratias. Quippe perdices unicam sibi eo fœdere promittunt, quod plenos uites producent racemos. Vespe uero, se unicã circũcundo custodire, ac fures inde amouere large offerunt. Quibus agricola inquit, duos habeo bo-

ues qui cum nihil promittant, eandem hanc operam nihil minus præstant. Itaq; satius est mihi, illis quã nobis aquã exhibere. Fabula significat, non esse illis subueniendũ qui nauci & inutiles sunt.

De Ioue.

CVm Iuppiter nuptias celebraret, cũcta animalia sibi munera obtulerũt, quæq; p uiribus suis, uerũ cni serpens rosam legit, illãq; ore tenens Ioui obtulit. At Iuppiter ut eũ aspexit, palã inqt ab oĩbus dona libẽter eqdẽ ac, capio, uerũ a serpẽte id haud quaquã facio. Fabula significat, quod imporũ munera, non esse sine dolis, quis prudens sibi persuadere debet.

De Simia.

SImiam duos catulos parere fertur, quorum ad unum dumtaxat afficitur, & ex affectu illum diligentissime nutrit. Alterum uero odit negligitq. Cõtigit autem quod qui in delitijs habebatur, a simia in somnis fuit suffocatus quãobrẽ qui neglectus erat, ad perfectam usq; ætatẽ ceu matris delitijs, fuit educatus. Fabula significat, quod hominum prudentiam fortuna procul dubio superat.

De Pulice.

PVlex cum quẽdã morsu aliquãdo stimulasset, captusq; rogaretur, quis nam esset, qui mẽbra sibi depascerct, at se ex eo animaliũ genere esse, quibus a natura datum esset, ut eo pacto uitam uiuãt, nec cum occidere uelit, cum multum malifacere ipse sibi nequeat. At homo ille subridẽs inquit ad eũ, eo magis meis necaberis manibus, quoniã nec multũ, nec parum abs re quempiam lædere licet.

Fab. significat, qđ malorũ, licet parũ, uel multũ deliquent misereri haud oportet.

De Pulice & Homine.

PVlex suo solito more saltãs, sup hoīs pede resedit, illũq; morsu acriter pupugit. Qua punctione hõ ille grauiter cõcitus pulicẽ cepit ac unguibus obtũdere uoluit. Sed Pulex manibus exiliẽs mortẽ uitauit. Tũ hõ exclamãs ait. O Hercules malorũ extinctor, ecquid mihi in hũc opprimẽdũ præsẽs nõ fuisti. ¶ Fabula significat, qđ nõ in minimis, sed in magnis arduisq; rebus, a diis auxiliũ qs implorare debet.

De Formicis & Cicada.

HYemis erat medium, cum formicæ sparsim triticum apricabant. Quod cicada aspiciens, cum inedia conficeretur, accessit ad eas, ac triticum pro alimonia ut sibi concederent, orauit. Et cum formicæ eam rogarent quidnam æstate fecerit, num segnis, & otiosa eo tempore steterit: Illis cicada ait, neq; segnis aut otiosa steti, sed cantu cecini, quo laborem uiæ uiantibus leuabam. Quare audita formicæ subridentes inquiunt. Si æstate ceciniſti ut uiantes delectares, nunc salta ne frigore conficiaris.

Fabula significat, quod qui, quæ facienda sunt suo tempore non fecit, is in angustias quando non putat incidit.

De Viro, & Vxoribus.

TEmpus erat uiris, quo quidam in delitijs educatus, cum nec iuuenis, nec senex esset, semicanus enim erat capillos, duas simul duxit uxores, unam quidem natu grandem, alteram uero iuniorem. Cum omnes eandem

habitarent domum, uxor anus ut uirum in amorem suum totum pelliceret, quotidie uiro caput pertractans nigros sibi euellebat capillos. Pari studio iunior ut ab anus consuetudine illum amoueret, albos euellit capillos. Postremo ita ilium depilarunt, quod caluum atq; ridiculum non sine summo obprobrio uirum reddiderunt.

Fabula significat, quod nulla melior salus senibus existit, quam fœminis carere, & maxime uunicribus, nisi penitus obrui se uelint.

FABVLARVM AESOPI FINIS.

SALES SIVE FACETIAE MVLTVM IVCVNdæ, selectæ ex libello Poggij Florentini oratoris eloquentissimi.

De Pigricia adolescentis.

RONACIVS adolescens facetus ex familia Guascorum, dum essemus Gonstantiæ admodum tarde surgebat e lecto. Cũ socij cã tarditatẽ culparẽt: qd ne tandiu in lecto ageret pcũctarẽtur, subridẽs respõdit. Litigãtes, disceptãtesq; ausculto. Adsunt cnĩ mane mihi cuestigio cũ expgiscor duæ habitu muliebri sollicitu, do uidelicet et pigricia. q̃rũ altera surgẽr hortatur et aliq̃d

operis agere, neq; diu in lecto terere: altera priorē increpās quiescēdū asserit, & propter frigoris uim in calore lecti pmanēdū: indulgēdūq; corporis quieti, neq; semp laboribus uacādū. Prior insup rationes suas tuetur. Ita ut cū diutius disputēt atq; altercentur, ego tāq; equus iudex nullam in partem declinās audio disputātes, expectās qd̄ sint sententia cōcordes, hoc fit ut surgā tardius, expectās litigij finem.

De Gallo & Vulpe.

Esuriēs quondā uulpes, ad decipiēdas gallinas (q̄ gallo duce arborē excelsiorē quo sibi aditus nō erat ascēderāt) ad gallū blande accessit, quē comiter cū salutasset Qd̄ in excelso agis inqt? Nūquid nō audisti noua hæc recētia, tam salutaria nobis? Nequaq̄ gallus cū respondisset. Atqui prænūcia. Huc accessi ait, ad cōmunicādū tecū alacritatē: Animaliū oīm cōsiliū celebratū est, in quo pacē perpetuā oīm animātiū inter se firmarūt ita ut oi sublato timore nulli ab altero insidiæ aut iniuriæ fiere āplius qucāt: sed pace et cōcordia oēs fruātur, licet abire unicuiq; uel soli quo uelit secure. Descēdite igitur, et hūc festū agamus die Agnita uulpis fallacia, gallus bonum inqt adfers nūciū & mihi gratū, et simul collū altius ptendēs, pspecturoq; longius et admirāti similis in pedes se erexit. Tū qd̄ nā astricis uulpes cū dixisset? Duos inqt magno cursu, ore patulo aduentantes canes. Tum tremebunda uulpes: Valete inquit, mihi fuga expedit anteq; illi aduenīant, & simul cœpit abire. Hic gallas: quonam fugis, aut qd̄ times ait? Siqui-

dem pace cõstituta nihil est timẽdũ. Dubito inqt uulpes an canes isti audierĩt decretũ pacis. Hoc pacto dolo illusus ẽ dolus.

De muliere obstinata q̃ uirũ pediculosũ uocauit

MVlier quædam e nostris, admodum uiro contraria semper uerbis eius obiurgando refragabatur, perstans in eo quod cœperat, ita ut superior esse uellet. Habita semel cum uiro graui altercatione, maritum pediculosum uocauit. Ille ut uerbum id retractaret, uxorem uerberibus cõtendebat pungnis cedẽs ac calcibus. Quo magis cedebatur, eo plus illa pediculosum appellabat. Vir tandẽ uerberando lassus, ut uxoris pertinaciam superaret, per funẽ in aquæ putẽũ demisit, suffocaturã se dicẽs, nisi uerbis eiusmodi abstineret. Instantius perseuerabat etiã in aqua mentum usq; constituta, uerbũ illud continuãs. Tum uir ne amplius loqui posset, in putcũ demersit, tẽtans si eam mortis periculo a uerborũ pertinacia posset auertere. At illa loquendi facultate adempta, etiã dum suffocaretur, quod loqui nequibat, digitis exprimebat. Nam manibus super caput erectis, atq; ungulis utriusq; pollicis coniunctis, saltẽ quod potuit gestu uiro pediculos obijciebat, unguibus enĩ eorũ digitorũ pediculi a fœminis occidi consueuerant.

De eo q uxorem in flumine peremptã quærebat.

ALter uxorem quæ in flumine perierat quærens, aduersus aquam proficiscebatur. Tum quidam admiratus cum deorsum secundum aquæ cursum illam quæri admoneret. Nequaquam hoc mõdo reperietur inquit. Ita

enī dū uixit difficilis ac morosa fuit, reliquorūq; moribus cōtraria: ut nūq̄ nisi cōtrario et aduerso flumine etiā post mortē ambulet.

De sacerdote q caniculū sepeliuit.

ERat sacerdos rusticanus in Tuscia admodū opulētus, hic caniculū sibi charum cū mortuus esset sepeliuit in cæmiterio: Sensit hoc episcopus: & in eius pecuniam animum intēdēs, sacerdotem ueluti maximi criminis reum ad se puniendū uocat. Sacerdos q animū episcopi satis nouerat, quinquaginta aureos secū deferēs, ad episcopū deuenit. Qui sepulturā canis grauiter accusās, iußit ad carceres sacerdotem duci, Hic uir sagax O pater inqt, si nosceres qua prudētia caniculus fuit, nō mirareris si sepulturā īter homines meruit. Fuit enim plusq̄ ingenio humano, tum in uita, tū præcipue in morte. Quid nam hoc est ait episcopus? Testamētū inqt sacerdos in fine uitæ condēs sciensq; egestatem tuam: tibi quinquaginta aureos ex testamento reliquit, quos mecum detuli. Tū episcopus testamentum & sepulturā cōprobans, accepta pecunia sacerdotā obsoluit.

De Milite qui uxorem habuit litigiosam.

HAbebat Florentinus eques admodum nobilis uxorem litigiosam ac peruersam: quæ quotidie ad religiosum confessorem (uel ut aiunt) deuotum suum, querelas uiri & uitia deferebat. Hic equitem reprehendebat, obiurgabatq;. Aliquando uerbis admonitus uxoris, & ut pacem inter eos poneret, rogauit uirum ad confessionem peccatorum. Qua facta non dubitabat conuenturam in-

ter eos concordiam. Paruit eques. Et cum religiosus cum sua peccata explicare iussisset. Nequaq̃ est opus inqt: quicquid enim unquã commisi, & multo plura, etiam ab uxore sepius tibi recitata extiterunt.

Facetissimum de sene quodam qui asinum portauit sup se.

Dicebatur inter secretarios Põtificis: eos q ad uulgi opinionẽ uiuerent, miserrima premi seruitute: cum nequaquã possibile esset, cũ diuersa sentiret placere oĩbus diuersis diuersa pbãtibus. Tũ quidã ad eam sentẽtiam fabulam retulit, quam nuper in Alemãnia scriptam pictãq; uidisset. Senẽ ait fuisse q cum adolescentulo filio precedẽte absq; onere asello, quem uenditurus erat ad mercatũ pfi, ciscebatur. Prætereũtibus uiam, quidam in agro opus faciẽtes: senem culparũt: quod asellũ nihil ferentem neq; pater neq; filius ascendisset: sed uacuum onere sinerent: cũ alter senectute, alter ætate tenera uehiculo egeret. Tum senex adolescentem asino impositum, ipse pedibus iter faciẽs. Hoc alij conspicientes increparunt stulticiam senis: quod adolescente qui ualidior esset super asinum posito, ipse ætate confectus pedes asellum sequeretur, Immutato consilio atq; adolescente deposito: ipse asinum ascendit. Paulum uero progressus audiuit alios se culpantes, quod paruulũ filium nulla ratione ætatis habita tãquam seruum post se traheret: ipse asello qui pater erat insidens. His uerbis permotus, filium asello secum super imposuit. Hoc facto iter sequens, interrogatus inde ab alijs an suus esset asel-

lus? cum annuisset: castigatus est uerbis, quod eius tanquã aliã nullam curam haberet, minime apti ad tãtũ onus: cum satis unus ad seẽdũ eẽ debuisset. Hic hõ pturbatus tot uarijs sẽtẽtijs: cum neq; uacuo asello, neq; ãbobus neq; altero supimpositis absq; calũnia pgredi posset: tãdẽ asellũ pedibus iũctis ligauit, atq; baculo suspẽsũ suo filijq; collo supimpositũ ad mercatũ deferre cœpit. Oĩbus ppter nouitatem spectaculi ad risũ effusis: ac stulticiã amborũ, maxime uero patris increpãtibus. Indignatus ille supra ripã fluminis cõsistẽs, ligatũ asinũ in flumẽ deiecit: atq; ita amisso asino domum redijt. Ita bonus uir dum omnibus parere cupit, nemini satis faciens, asellum perdidit.

De homine qui in somnis aurum reperiebat.

AMicus qdã nr aurũ a se repertũ noctu p sõnum referebat in cœtu. Tũ qdam. uide ne tibi accidat ait qd meo uicino: cui aurũ in stercus cecidit. Cũ sõniũ narrari posceremus. Vicinus inqt nr sõniauit: ductũ se a dæmone in agrũ ad aurũ effodiẽdũ, & cũ multũ reperisset: nõ licet inquit nũc dæmon auferre: sed signa locum ut cognosci a te solo queat, eum alter quo signaculo uteretur peteret. Cauca hic dæmon inquit, nam hoc maximo modo nullus hic esse aurum suspicabitur: & tibi soli res nota erit. Annuit uir. Et statim expergefactus, sensit se in lecto uentrem admodum laxasse. Inter fœtorem & stercus cum surrexisset: domum exiturus capiti cãpitium ultimo impositi, in quo cattus ea nocte stercus fecerat iniquo fœtore per-

motus inquinatum caput & cæsariem lauit. Ita aureum somnium in mardam rediit.

De risio hominis porcum occidere uolentis.

MOs erat in oppido quodã Piceni: ut qui hyeme porcum occidisset, uicinã ad cœnã inuitaret. Quidã quo pacto cã impẽsam uitaret, cõpatrẽ consuluit. Dic inqt ille eras, porcũ tibi hac nocte furto ablatum. Et simul nihil talẽ illo uerẽte, quidã clam porcũ nocte subripuit. Mane cõspiciens sibi porcũ ablatũ: ad cõpatrem pfectus, alta uoce querebatur porcũ sibi furto subreptũ. Tum alter: recte cõpater mi sapis inqt, ita enim te docui locuturũ. Cũ ille sæpius & per deos oẽs iuraret id uerũ esse. Bene agis respõdebat: & secundum consilium meum. Cum ille iuramento iteraret. hoc modo te loqui debere antea monui respondebat: & sanum consilium dedi tibi. tandem elusus abiit.

De Vulpe a Rustico in palea abscondita.

VVlpes olĩ fugiẽs in uenatione canes, diuertit ad rusticũ q in area triticũ terebat: rogãs ut a canibus tueretur, et simul pollicita est nũquã se eius pollos gallinaceos lesurã. Annuit rusticus cõditioni: et sũptis paleis furcula uulpẽ texit. Aduenit onus, et itẽ alter ex uenatoribus uulpẽ q̃rens: rogitabãt aũt rusticũ. Nũqd uulpẽ fugientem uidisset, et iter eius? Ille uerbis uulpẽ p certã uiã diffugisse, nutu uero et oculis latere sub paleis innuebat. Illi potius ad uerba, q̃ nutũ respicientes abierũt. Tũ rusticus detecta uulpe, serua inqt modo promissa. Nã uerbis meis cuasisti,

cū dicerē te abisse. At illa quæ sibi timēs, p rimā inter pale as rusticū cōtēplabatur diligēter. Verba tua inqt bona fuere, sed actus satis mali. Dictū in eos q unū uerbis aliud re agunt.

De Florentino qui equum emerat.

NOtus mihi Florētinus Romæ empturus necessario equū, pactus est cū uēditore q. 25. aureos precium carius æquo postulabat, se. 15. daturū in præsētia, reliquorū uero se debitorē eius esse uelle annuit. Vēditor postridie cū residuū peteret, solutionē recusans, serua cōuenta emptor inquit. Pepigimus quidē ut debitor tuus sim futurus, si aūt sibi satisfecisset, se nō futurum amplius debitorē

De Aegytio hortato ad fidem.

HOrtatus est Christianus quendam infidelem Aegyptiū, quo cū sibi diutina uitæ consuetudo fuerat: cū is in Italiam uenisset, ut semel interesset in ecclesia dum missa solemnis celebraretur. Assentitur ille, & missæ interfuit cum Christianis. Rogatus deinde in cœtu, quid sibi de cæremonij & solemnitate officij uideretur? Respondit oīa recte & ex ordine, præter unū sibi uideri facta, nullā enī charitatem in ea missa esse seruatam: cum unus solus reliquis esurientibus comedisset ac bibisset, nulla portione cibi ac potus reliquis impensa.

Factū hominis dictū asinū erudire promittentes.

TYrannus ad exhauriendum bona subditi, qui se multa facturum iactabat, sub graui pœna præcepit, ut Asinum literas doceret. Ille impossibile ait fore, nisi mul-

tũ temporis sibi in erudiendo asino concederetur. Petere quantũ uellet iussus, decẽnium impetrauit. Deridebatur ab oĩbus, quoniã rem impossibilẽ suscepisset. Ille amicos solatus. Nil timeo inquit, nam interim aut ego moriar, aut asinus, aut dñs. Quibus uerbis ostendit salutare esse, rem difficilem in longum protrahi atq; differi.

De sacerdote (Epiphania an uir esset, uel fœmina) ignorante.

SOcius qdã in festo Epiphaniæ narrauit mihi stulticiã ridiculã sacerdotis cõtribuli sui. Sacerdos fuit inquit q populo nũcians Epiphaniæ celebritatẽ futurã. Cras ait sũma deuotione ueneremini Epiphaniã, maximũ est enĩ & præcipuũ festũ, nescio aũt uir fuerit, an fœmina sed quisqs extiterit, a nobis est sũmo timore hic dies custodiendus.

De Cantilena tabernarijs placita,

VIator quidã esuriens, cũ diuertisset ad cauponulã uentrẽ cibo potuq; fartiuit. Petẽte pecuniã: ait nullos sibi esse nũmos, sed cãtilinis se satis esse facturũ. Tabernarius nõ cantu, sed precio sibi opus esse respõdit. Quid alter, si eã cantionẽ dicam quæ placeat tibi, nũc ea ꝑ pecunia cõtẽtus eris? Annuẽte caupone, cœpit uiator canere et an ea placeret interrogauit. Cũ abnuisset caupo unã, et deinde alterã cecinit. Nullius cantu sibi satis fieri ille testatus est. Hic uiator: dicã ergo nũc inqt, eam qnæ tibi sit placitura. Et arrepto marsupio dissoluẽti similis, cœpit cãtionẽ qua uiatores uti cõsueuerũt, metti mano allaborsa et pa

galoſte, hoc eſt, mitte manum ad burſam, & ſatisfac hoſpiti, Hac dicta, nūquid illa ſibi placeret rogat Placet hæc inquid hoſpes. Tum uiator, ſatisfactum eſt tibi expacto ait, poſtq̄ hæc cantio placuit tibi. Ita abſq̄ ſolutione diſceſſit.

De ſancto Antonij fratre & laico ac lupo.

REligioſus ex his quæſtuarijs q̄ p̄ ſancto Antonio eleemoſinā petūt: agricolæ ad dādū ſibi (neſcio quid frumēti) pſuaſit hac pollicitatione ut aſſereret res oēs ſuas & oues præſertim p̄ eū annū ſaluas atq̄ incolumes fore. Huiuſmodi ruſticus p̄miſſis fides: cū oues licētius uagari p̄miſſet: lupus plures ex eis comedit Qua ex re īdignatus uillicus, cū anno altero quæſtuarius p̄ frumēto rediret: negauit ſe quicquā daturū, & ſimul quæſtus eſt inanes ſuas fuiſſe pollicitatiōes. Sciſcitatus cauſā: reſpōdit ab lupo oues ſuas raptas. Lupus inqd alter: O ho mala ea beſtia eſt, & abſq̄ fide: cauē tibi ab ea. Nō enī ſanctū Antoniū tantū, ſed ipſū Chriſtū ſi poſſet falleret. Stultū eſt in his fidere, quorum exercitium in fraudando cōſumitur.

Ridenda de paucitate amicorum Dei reſponſio.

AD ægrum quendam ciuem noſtrum perfacetum, & qui graui morbo diutius torquebatur: acceſſit religioſus hortandi gratia. Cum uero inter cætera conſolationis uerba dixiſſet: ſolere deum quos diligeret hoc pacto caſtigare & incommodis afficere. Non mirū eſt (inquid ægrotus) ſi tam paucos amicos habet: habiturus ſi ita tractaret eos etiam paucíores.

De Iudæo nonnullorum suasu Christiano facto.

IVdæum cum multi hortarentur ad Christi fidem: ægre ille bona sua dimittebat. Suadebant complures ut ea daret pauperibus, quoniam secundum euangelicam sententiã quæ esset uerissima, centuplũ esset accepturus. Persuasus tandem ad fidem cõuersus est, distributis inter pauperes egenos & mẽdicos bonis. Inde per mẽsem fere hospitio exceptus est honorifice a diuersis Christianis. Cum ei oẽs blandirẽtur. & laudarent factũ: ille tamen q̃ præcario uiueret, expectabat indies cẽtupli p̃missionem. Et cũ multos satietas cibãdi hoĩs cœpisset, iãq; rarus inuitator reperiretur: cœpit hõ admodũ egere, ita ut ei necesse eẽt diuertere ad hospitale quoddã: in quo morbo correptus ad extrimũ uitæ deuenit, cũ sanguis p̃ posteriora efflueret. Desperãs itaq; salutẽ, & simul pollicitatiõis diffisus cẽtupli, ex anxietate quadã acrẽ quærẽs, egressus est lectulũ ad secessum uẽtris in pratulũ p̃pinquũ. Vbi cũ cõstitisset: quæsitis post egestionẽ ad tergẽdũ anũ herbis: inuenit inuolutũ liniũ refertũ lapidibus præciosis: quare ditior factus adhibitis medicis conualuit: atq; domo empta & possessiombus uixit postmodũ in sũma rerum opulẽtia. Cum ergo diceretur ab oĩbus. Ecce nonne uerũ prædiximus tibi, Deum cẽtuplum redditurum: Reddidit inq̃t ille: sed tamen prius ut usq; ad interitũ sanguinẽ cacarem permisit. Dictũ contra eos qui tardi in beneficio dando & reddendo existunt.

De medico qui insanos curabat,

PLures collo quebantur de ſuperuacua cura ne dicam ſtulticia eorũ qui canes ac accipitres ad accupiũ alunt. Tum Paulus Florẽtinus, recte hos (inquit) riſit ſtultus Mediolanenſis. Cũ narrari fabulam poſceremus. Fuit inquit, olim ciuis Mediolani dementiũ & inſanorũ medicus: qui ad ſe delatos infra certũ tẽpus ſanandos ſuſcipiebat. Erat aũt curatio hmĩo. Habebat domi arcã, et in ea lacunã aquæ fœtidæ atq; obſcœnæ: in quam nudos ad palũ ligauit eos, qui inſani adducebantur: aliquos uſq; ad genua inguinetenus, nõnullos profundius pro inſanie modo: ac eos tã diu aqua atq; inedia macerabat quoad uidercẽtur ſani. Allatus eſt inter cæteros quidã, quẽ uſq; ad femur in aquã poſuit: qui poſt. 15. dies cœpit reſipiſcere, ac curatorẽ rogare ex aqua reducerctur. Ille hominẽ exemit a cruciatu: ea tamen conditione ne arcam egrederetur. Cui cum diebus aliquot paruiſſet, ut uniuerſam domũ perambularet: ut exteriorẽ ianuã nõ egrederetur pmiſit, reliquis ſocijs q plures erat in aqua relictis: paruit diligenter medici mandatis: Stans uero aliquando ſup oſtiũ neq; enĩ egredi audebat temere lacunæ: aduenientẽ equeſtrẽ iuuenẽ cũ accipitre & duobus canibus ex his q ſagaces dicuntur ad ſe uocauit, rei motus nouitate. Neq; enĩ quæ ante in inſania uiderat tenebat memoria Cũ acceſſiſſet iuuentis: heus (tu inqt ille) aſcultato me paucis: ac ſilibet reſpõde, hoc quo uehcris quid eſt, & quã ob rem illud tenes? Equus eſt inqt, & aucupij gratia. Tũ deinceps uero hoc quod manu geſtas quid uocatur: &

in quare illo uteris? Accipiter respodit, & aucupio aptus querquedularū & perdicū. Tū alter. Hi qui te comitātur qui sunt age: & quid prosunt tibi? Canis ait, & aucupio accommodati ad inuestigandas aues. Hæ aūt aues quarum capiēdarū causa tot res paras cuius precij sunt: si in unum conferas totius anni capturā? Parū quid nescio cū respondisset: & quod sex aureos nō excederēt. Subdit homo: quæ nā est equi caniīq; & accipitris impensa? Quīquaginta aureorū affirmauit. Tū admiratus stulticiā equestris iuuenis Ho ho inquit, abi hinc ocius oro: atq; adeo auola antēq; medicus domū redeat. Nā si te hic cōprehenderit. Veluti insanissimum oīm qui uiuant in lacunā suā cōijciet, curādū cū ceteris mente captis, atq; ultra oēs usq; ad mētum in aquā summā collocabit. Ostēdit aucupij porro studiū summā esse amētiā, nisi aliqñ & ab opulentis, & exercitij gratia fiat.

GVIIELMVS

CANONICVS DIVI AVRELII AVGVSTI ni Florentio suo illustri Baroni Iselstcino. S.D.

FAbulas Aesopi cū ex oratione ligata in solutā vertissem tibi Florētissime Florēti dicare placuit: quam enim sis amās literarū ex meo Antonio viro literatissimo facile

intelligo. Nam eum tu quidem quod eruditum scires, acciuisti, & is tui amantissimus & cum ob alia quædam, tum ob amorem tuũ erga literatos. Neq; illud præterire debeo me quoq; a te vehementer amari & te commendante magistro Antonio sucensum desidero nostri. Apprime sane decere solet, qui genere sit illustris, eum esse amicum & familiarem literarum, quæ, vt cætera commoda earum sileam, vel solæ adeo faciunt immortalem. Erit autem harum fabellarũ lectio tibi, vt opinor, vtilis, quippe vbi multa ad bene viuendum apposita inuenies: grata certe earum lectio, & iucunda non esse nõ potest. Hactenus autem eas illis: qui alias cũ plures scripserint fuisse neglectui satis miror, nec equidem tamen scripturus fuissem, ni & Titus Liuius harum in historia mimi-nisset, & Flaccum nostrum in epistolis vsum viderem, & Quintilianum institutionum libris vtendum suadere cernerem. Sed satis iam exordii. Illud te admonitum velim, ne sis inscius animantes, quæ iam mutæ sunt olim fuisse loquaces. Vale, & me, vt facis, ama.

PETRI AEGIDII.

ANTVERPIANI hendecasyllabon ad lectores.

QVisquis noscere fabulas iocosas
Aesopi cupis, hunc nouum libellum
Limatum, nitidum, eruditulumq;
Exili tibi compara moneta.
Quo nec tersior est, venustiorq;,
Nec iucundior est, facetiorue
Seu purum inspicias stylum latinum,
Seu tu bestiolas legas loquentes.
Quin & sensiculis scatẽt amœnis,
Vt vita instituenda cuiq; monstrat.
Hunc nec barbarus ore zoilæo
Pinset, deprimet, atq; lancinabit.
Hunc vel religiosuli probabunt,
Qui fracti piceo caput cucullo.
Ipsis sunt Cynicis seueriores.
Nullus quippe docet feros amores,
Ael (quæ lædere testulam iuuentæ
Possent) illecebras licentiores.
Sed quid plura moror lebellus iste
Prorsus nobilis, elegans, latinus.
Horarum est simul omnium libellus.

Ε coelo descendit
γνῶθι σεαυτον

¶ Impressum per me
Petrum Treueris.